

C 91

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Ex Bibliotheca Dni Abbatis

Monasterij B. V. Mariæ

De Nova Cella.

J. R. Z.

Alle luia. Ad celebres rex celice laudes cuncta
Pangat canora caterua symphoniam
Odas atq; soluat concio tibi nostra.
Cum iam renouantur michahelis inclita valde festa.
Perque nempe letabunda portatur machina mundi tota.
Nouies distincta pneumatum sunt agmina per te facta.
Sed tamen uis facis hec flammea p angelicas officinas.
Inter primeua sunt hec. nam creata tua.
Cum simus nos ultima factura sed imago tua.
Theologica cathegorizant symbola
nobis hec inter tripartita p primata officia.
Plebs angelica phalanx et archangelica principans
turma. uirtus uranica. ac potestas almiphona.
Dominantia numina. diuinaq; subsellia.
Cherubim etherea. ac seraphim ignicoma.
Uos o michahel celi satrapa gabrielq;
vera dans uerbi nuntia.
Atq; raphahel uite uernula transferte
nos inter paradysicolas.
Per uos patris cuncta complentur mandata que dat.
Eiusdem sophya compar quoq; pneuma
una pmanens in usia.
Qui estis administrantia deo milia milium sacra.

Uices per bis quinas bis atque quingentas uestra.

Centena millena assistunt in aula ad quam rex ouem centesimam.

Uerbigena dragmamque decimam uestra duxit ad agalmata.

Vos per ethra nos per rura dena pars electa

armonie nota demus hinc pliricas citharas

Quo post bella Michahelis inclita nostra deo

sint accepta auream circa aram thumiamata.

Quo in coetu iam gloria. Condecantemus. AEUIA.

Domno · M · Uirtutis uere cultori uerissimo · regiq; inuictissimo ·
M · supprermum in xpo gaudium · Ac felicem sup hoste triumphum ·
Quoniā tibi diuina gratia regium nomen pariter et honorem concessit ·
artēq; regnandi ad id necessaria honestissime ditauit · felici inceptu
ut audiui · ipsi diuinitati regni tui primitias deuoto pectore cōsecrasti ·
Quis enī predecessorum tuorum tantas erexit aecclesias · Quis in lau
dem dei totidem coadunauit linguas · Cū in propria et in latina
deum digne uenerari posses · in hoc tibi non satis · grecā superaddere
maluisti · Haec et huiusmodi studia te si in finem perseueraueris · bea
tissimū praedicant · teq; non adeo humano quam diuino iudicio
electum · ad regendum populum sanctum dī · ueracissime testantur ·
qui in iudicio prouidus · in bonitate conspicuus · in uniuersa morum
honestate preclarus haberis · uiduis ut uir · orphanis ut pater · egenis
& pauperibus incorruptus defensor ab omnibus comprobaris · non
considerando personā pauperis · uel honorando uultum potentis ·
sed libra iustitiae quae proponuntur cuncta examinas · Xpi
proculdubio militem cum beato sebastiano sub regalis uestitus cultu
duceas absconditum · deo tantū ut restituas animas diabolica frau
de deceptas · qui talentum tibi commissum reportare centuplica
tū uehementer anhelas · Auditurus beatā uocē qua dicitur · Euge
serue bone et fidelis · & caetera · Paternis nempe exemplis ammo
nitus · totus pene uersaris in caelestibus · qui in illa mundi parte
quam regis · quasi quidam fons & origo scāe catholicae & aposto

IN XPI NOMINE INCIPIT LIBER OFFICI
ORUM. QUE ROMANŪ
ORDINĒ APPELLANT; De natale dni.

SACRATISSIMA
HUIUS DIEI NATIUI
TAS IDEO DICITUR.
QUOD IN EA NATUS
EST XPC.

Anno uidelicet iuxta hebraicam
ueritatē a conditione mundi. ter
millesimo. nongentesimo. quinquagesimo secundo. Secundum
alios uero anno. Ū. C. XCVIII. qui est annus imperii octauia
ni cesaris augusti. xlii. Quo compressis cunctarum per orbem
terrae gentium motibus. firmissima pace ordinante dō patre.
IHC XPC sextā mundi etatem suo consecrauit aduentu;
Quocirca congruum erat. ut pax per totum orbem constituta
esset. et homines perduelles cessarent a bellis & inimicitiis.
Uiae quoque publicae tunc fieri iussae sunt. quia uerissima uia
debebat nasci. & ut ab hominibus potuisset agnosci. homo

fieri dignatus est · Ut enī illos alloqueretur. uerbum caro factū ē ·
Sed antequā exuirgine nasceretur. portenta insignia incaelo &in
terra patuerunt · Quadam nāq; die cū caesar augustus urbem
romam ingrederetur. hora circiter diei tertia. repente liquido
ac sereno caelo instar arcus caelestis orbem solis ambire uisus est ·
Illum nempe praesagiens. qui ipsum solē mundumq; totū &fecis
set. et regeret · Ea siquidem tempestatē. xxx. seruorum. dominis
reddidit · Tria milia etiā quorum domini non exstabant. incrucem
egit · Deinde ouans ingressus. omnia populi romani debita dona
uit. abolitis literis; Per idem tempus fons olei largissimus detaberna
meritoria per totū fluxit diem. Nimirū xpi grām significans. ex
eadem taberna. hoc est larga ecclesia nouos populos exgentibus pro
cessuros · In multis etenim signis aug̃ caesaris aduentus xpi desig
nabatur · Unde bene caesar possessio principalis. augustus sollē
niter stans interpretatur · Quinimmo xpm exprimens. qui om
nia sollemniter possidet. omnesq; principatus potentialiter op
tinet; Cyrinus preses qui heres interpretat̃. significat petrū ·
cui hereditas ecclesiae adnō largita ē · Itaq; cū exisset edictū
a prefato caesare. ut describeretur uniuersus orbis. praedictus
cyrinus adiudeā missus ē. census hominum possessionesq; descrip
turus · In qua descriptione inuenta s̃ ciuium romanoꝝ. quadragies
semel centena & lxiiii. milia. coloniae deductę. Nā antea idem
omnib; ꝓhibuerat. ut nemo illū dominū ausus fuisset appellare.

ob id quia eo imperante nasci deberet ille uerissimus dns pariter &
imperator · Conceptus namq· tradit · viii · kl · aprlis · aquo subputant
dies · cclxxvi · id sunt menses · viiii · & dies vi · usq· viii kl ianr. quando
credit nat sulpicio & camerino csulibus · Aptissimu namq· erat ut eo
tepr esset cceptus quo mundus p ipsu factus e · & inquo fruct terre
uiuificent · & ineode nat quo crescit longitudo diei · & noctis tenebre
diminuunt · Sed querendu e cu innocte dicat natus · cur angls pasto
rib; euangelizat dicens · Natus e uob hodie saluator · Hodie eni dix ·
hoc e · indie noui testamti quando fine ignorantie tenebris dedit · &
initiu scientie lucis posuit · Sed & hoc cueniebat ut circa illa horam
noctis nasceret · qua amortuis resurrex . Unde salomon · Du mediu
silentiu tenerent oma · & rlq. Querendu etia cur hec festiuitas n hab&
eande uarietate qua pascha & pentecostes · scilic& ut mundarent dies
septimane quas maculauit peccatu ade · Unde aug · Nosse oport&
die natalis dni · n insacramto celebrari · sed tantu admemoria reuo
cari qd nat sit · Ac phoc nihil opus erat nisi reuolutu die anni quo
ipsa res facta e · festa deuotione signari · Pascha uero & pentecoste
n solu qd factu e · ad memoria reuocamus · i · qd mortuus e & resur
rexit · sed illa que circa eu testant ad sacramtoz significatione
intellegimus · Uigilie u que apastorib; hac nocte custodiebant ·
in · iiii · diuidunt · scilic& leges · iiii · significantes · Prima naturale ·
scdm mosaica · tertia pphetaru · quarta noui testamenti · inqua
pastorib; · i · aecclesiasticis doctorib; apparuit · & nos cu pastorib;

uigilare debemus · ut mereamur illud suauissimum armonicum quod hac nocte
primo cantatum est audire · Gloria in excelsis deo · et reliqua · Unde etiam sanctus teles
phorus papa peruigiles nos malens fore missas celebrare fecit · scilicet
in recordatione natiuitatis xpi · seu concentus angelici · Alia uero missa
que sequitur signat nouam lucem gaudii · qua per incarnati uerbi misterium
perfundimur · seu propter uisitationem pastorum ad presepe domini · in quo inuenerunt
panem uiuum · qui cotidie a fidelibus manditur; Romani hanc noctem ita
celebrant · Primo die uigilia natalis domini · hora nona canunt missam
ad sanctam mariam · Qua expleta · canunt uespertinale synaxin · Dehinc
uadunt ad cibum · In crepusculo noctis intrat apostolicus ad ui
giliam in prefatam ecclesiam · tamen non cantant ibi introitum · sed expletis
uigiliis et matutinis sic in antiphonario continentur · ibidem canunt
primam missam in nocte · Qua expleta uadunt ad sanctam anastasiam ·
canere aliam missam de nocte · Dehinc pergunt ad sanctum petrum ut ibi
uigilias celebrent · ab eo loco ubi inuenerint eos psallere · qui ibidem
excubant · Ipsi enim intrant ad uigilias solito tempore in processu
noctis · et canunt inuitatorium · et prosecuntur ordinem antiphonarii ·
unde etiam dupla officia in romano antiphonario hac nocte descri
buntur ·

DE CIRCUMCISIONE DOMINI

Haec circumcisio nihil aliud est · nisi abscisio in carne preputii quod solis
iudeis imperatum est · Unde etiam abraham sumpsit initium · quando
ei a domino preceptum est · Circumcidetur ex uobis omne masculinum · et infans
octo dierum circumcidetur in uobis · Ut esset signum foederis inter deum

hominesq; fideles · & purgarent ab omni inquinamento carnis & sps · ius
sae caro circumcidi · & qd hodie nob in fide baptismus xpi · hoc pstabat
illis circucisio in die octaua qua resurrex a mortuis · excepto qd circuci
sis necdu regni caelestis patebat ingressus · Sed querit · cu dns in
ueteri testamto iussit circucidere · & ipse in nouo circucisus e · cur de
nuo cessauerit circucisio · Ipse n uenerat lege soluere sed adimple
re · neq; ut dissimilis uideret patribus scis & pphetis · ex quorum
psapia scdm carne nasci dignatus e · adcirco uoluit circucidi · siue
ut excusatione aufferret iudeis dicendi · Dissimilis es patribus ·
ideo nolumus credere inte · Sed quia uetera transierunt & ecce
facta s noua · oportet nos circucidi non carne sed spu · Xpc enim sicut
p nobis morte suscepit · ita circucisione non respuit · ut nos in spu
circucideremur · quo circucisione cordis delectatur · sicut ppheta asti
pulatur · In nouissimis circucidet dns corda ura · & non corpora ·
Haec e uera circucisio cordis · ut deponamus ueterē hominē cum
actibus suis · & induamus nouum qui secundum dm creatus est ·

DE OCTAUA · DNI ·

Hic octaua die circumcisus e · Iste dies octauus omne plenitudine
in se optinet · & est perfectus numerus · ipse est dies enim dominic.
& dies resurrectionis dni · Unde uero initium sumpserit liber Le
uiticus pandit · Dies inquid octauus erit celeberrimus atq; sanctis
simus · & paralipomenos · Porro mathathias cum leuitis in cytha
ris p octaua canebant epinikion · quod significat triumphum · C

dni. & tituli psalmi .vi. & .xi. pro octaua inscribuntur. Namq. h octaua dies ad aeterna ptinet requiem. Unde a nobis singulari numero accipitur. qui nullo succedente mutatur. Hic uero mundus non recipit hunc octauum diem qui est singularis. sed illu quod uocam octauas. eo quod finito .vii. redit semper ad primum. Nonnulli p hanc octauam. aduentum dni scdm putant significare.

Unde amos ppheta. Ue concupiscentib, diem dni. ipse e dies tenebre & non lux. Et sophonias. Vox diei dni amara & dura. tribulabit ibi fortis. Illi uero qui istum diem a constitutione mundi arbitrantur post sex milium annorum fore uenturu. eo quod .vii.mo die dns ab opere suo legitur cessasse. mille scilic& annos p singulos dies coputantes q legitur. A conspectu eius mille anni sicut dies unus. n satis attendunt quod dns in euangelio hunc diem nec filium hominis nosse astipulatur. Unde nimis inportunum illud studiose quaerere quod nobis diuina puidentia noluit reuelare. Sane illam diem magnam & singularem amare & sperare debemus. quam propheta dauid sitiens unam uocabat dicens. Quia melior e dies una in atriis tuis sup milia. Hae uero octaue quas hodie colimus. deo reuerenter celebrantur. quia primis diebus concurrunt sicuti unus dies dominicus ad alterum. qui eodem ritu celebratur. Hodie enim aduentum hominu ad xpm celebramus. & in natiuitate eiusdem aduentum illius ad homines.

DE KALENDIS IANUARII.

Hac kł. secdm dementiā gentilium. potius dicende sunt cauende
qui kł. ea siquidem tempestate quando iudices p̄erant filiis isrł.
hoc ē ante samson fuit quidam princeps gentilium in italia nomine
ianus. a quo ianuarius mensis postea nuncupatus est. Hunc uero
unum imperiti homines qui dm̄ non cognoscebant quasi regem
metuebant. & pro dō illum colere coeperunt. Duasq. facies figura
uere. ppter orientem & occidente. necnon & quadrifrontem appel
larunt. i. ianum geminum. ppter quattuor partes. seu elementa.
iiiior. atq. tempr̄. iiiior. Sed cum hoc facerent monstrum potius forma
bant quam dm̄. Unde numa post romulū. primum mensem anni
uoluit tanquā bicipitis dici mensem respicientem transacti anni
finem futuriq. principia. & ianuarium uocatum. eo quod sit
limes & ianua anni. Unde imperiti homines ueluti dm̄ colentes.
diem ipsum multis spurcitiis sacrauerunt. Quidam mutabant
se in species monstruosas. ferarumq. habitus transformabant.
Alii in feminneo gestu mutati. uirilem fortitudinem non habent.
qui in mulieris habitum transierunt. Aliqui fanaticis auguriis
pfanabantur. perstrepebant saltando pedibus tripudiantium
plausibus. Nonnulli ita auguria obseruabant. ut focum de
domo sua. uel aliud quodcumq. beneficium cuiquā petenti mi
nime tribuerent. Diabolicas etiam strenas. & ab aliis accipiebant.
& ipsi aliis tradebant. Necnon etiam mensulas plenas ad man
ducandum tota nocte paratas habebant. Credentes qđ kł ian.

p totum annum pstare possent; & quia his atq; aliis miseriis mun
dus uniuersus repletus erat. statuit uniuersalis aecclesia ieiunium
publicum in isto "die fieri. quatinus his calamitatibus auctor
uitae finem imponeret. Sed quia dno largiente haec a fidelib,
p nihilo habentur. licet quantulacumq; similitudines quod absit
adhuc lateant inferis hominib,. omni tamen conamine prohiben
dę sunt atq; pellendę. Neq; enim aliud quicquam noui in isdem
kalendis psumendum ē. nisi quod & in aliis kalendis mensium:
excepto quod octauę dominicae cum eximio cultu caelebrentur ut
supra pfixum ē. Sed neq; illud reticendum. quod cum quadā die
hac superstitiones diabolicae romae agerentur. Quidam scs
almachius cum diceret. Hodie octauae diei dominicae sunt. ces
sate ab his supstitionibus idolorum & sacrificiis pollutis. iubente
alipio urbis pfecto. hac de causa interfectus ē. DE THEOPH

Sollemnitas haec sacratissima quae a grecis theo NIA DNI;
phania nuncupat. Latine uero apparitio. seu ostensio. ł mani
festatio interpretatur. multimoda in se continet mysteria. Cum
enim xpc nup ex aluo uirginis egrederet. magi chaldei in oriente
stellā uidentes nimia claritate fulgentē. ita ut solē luce superaret.
ut erant edocti in cursu astrorum. animaduerter hanc eē stellam.
quā olim balaam madianita. cuius traditionem sequebantur
pdixerat. ita adfuturam. Orietr stella ex iacob. & reliqua.
Videbat eni sidus p diem. Istorum eni magorum. prim Zoroastres rex

extitit. a quo originem feruntur duxisse. hi elementa concutiebant
turbabantq; mentes hominum. Ex isto genere quondā in aegypto
restiterunt moysi uertentes uirgas in dracones. aquasq; in sanguinem.
Hi astrologi dicti. necnon genethliaci ppt̄ nataliū considerationes.
Geneses enim dierum hominū p duodecim sidera caeli describebant.
Siderum quoq; cursu nascentium mores euentusq; pnuntiabant. i.
quis. quali signo fuiss& natus. aut quem effectum haber& uitae
qui nascebatur. Hi uulgo mathematici appellabantur. Cuius sup
stitionis genus. constellationes latini uocabant. id ē notationes siderū
quomodo se haberet cum quis nasceret̄. Idem aut̄ stellarum inptes.
nuncupabantur. sicut & de his legit̄ qui in euangelio natum xpm̄
annuntiauerunt. Postea autem solo nomine mathematici.
Cuius artis scientia usq; ad euangelium fuit concessa. ut xpo edito
nemo exinde natiuitatem alicuius de caelo interpraretur. Unde
mox p turbati atq; contriti excursione sideris. acceptis muneribus
peunte eos stella. ad xpi cunabula tertiodecimo die quod est
hodie in bethleem puenerunt. Quem tiaratis uultib; adorantes.
laetata ē sagax curiositas chaldeorum. quia illum uidebant
in terris editum. quem in caelis cognouerant astrorum fatibus
psagatum. Cui &iam munera offerunt. hoc ē. aurum. tus.
& mirram; quia a longe ueniunt. gentium populos lucem
fidei cogniturus psagiunt. P aurum. rex ostenditur.
In ture. ds̄ dinoscitur. P myrram. homo passus atq; sepultus.

Haec dona iuuencus prbr mire conclusit. tus. auru. mirra. regiq; ho
minique dōq;. dona ferunt. DE BAPTISMO DNI.

Expletus xpi quasi triginta annorum curricul. uenit in iordane ad io
hannem ut baptizaret abeo. anno uidelic&. quintodecimo imperii
tiberii cesaris. sub ualeriano & asiatico consulib;. necnon in iudea. iiii.
tetharchis dominantib;. id herode philippo. & lisania filius herodis
maioris. seu pilato pside romano. agentib; pontificatu anna & cupha.
Parati enim erant abinitio mundi scdm hebraica ueritatem. anni. iiii.
adnotato qd xvi. anno tyberii principium fuerit. lxxx. i. iubelei.
Iuxta lxx. uero editionem. anni s. v. cc. xx. viii. E tribus enī causis
baptizatus ē dns. Primo. ut quia homo erat. omnem iustitiam
legis impleret. Scdo. ut baptismo suo iohannis baptismum cpbarat.
Tertio. ut iordanis aquas scificans. p descensionem columbe. sps scs
in lauacro credentium monstraret aduentum. Post baptismum.
ilico ductus ē in desertu aspiu. ut temptaret adiabolo. & ieiunat &
p nob. xl. dieb;. & quadraginta noctib;. Scdm hanc rationem.
ceptum certum ē ieiunium abaptismo dnī. & solutu ē. xv. kl martii.
quando diabolus confusus abeo recessit. Abhinc quoq; inpopu
los ihc xpc salutarem uiam annuntiat signis atq; uirtutibus
uera comprobans ee quae dicerat. Miracula &iam quae ineuan
gelio scripta sunt. inchoat facere. Unde primum miraculum
p reuolutionem anni quando uocatus ē adnuptias. aquas in
uinum conuertit. quod ē tertio die post uocatione discipulorum;

Vinum istud ex aqua factū. diuina pcepta. seu scripturas scas meri
cissimū uigorem caelestis sapientiae continentes intellegimus.
Hae nuptiae gaudia salutis humanę significant. Sex ydriae. vi
mundi aetates designant. p quas iusti figurā dni ptulerunt.
Per architriclinū. fortissimū pdicatorē paulū intellegimus.
Fecit etiam hodie magnum miraculū. quando de quinq. panibus
& duob. piscibus. quinq. milia hominum pauit. Quinq. milia
hominū qui quinq. panibus & duob. piscibus pasti sunt. aecclesiae
sunt populi. qui post quinq. sensus corporis. alimento legis spirita
lia xpo refitiunt. & duplici testamento. quasi gemellis piscibus
saturant. Neq. hoc pretereundū est. quod haec scda natiuitas xpi
tot illustrata misteriis. honoratior est quam prima. Tunc tan
tummodo natus ē. & angelus pastoribus affatus ē. hodie uero
a magis cum muneribus adoratus est. Hodie cum iordanicis
aquis tingueretur. filius dilectus a patre uocatus est de cęlo.
& sps sanctus in specie columbae super eum uisus est. necnon
post baptismi sacramentum caput draconis contritum est.
Hodie ex aqua uinum factum ē. eademq. caelesti sponso aec
clesia iuncta ēst. insuper et quinq. milia hominum ab eo
refecta sunt. & idcirco manifestatio interpretatur. quia in
his manifestare se hominibus dignatus est. Quod autē in
hac festiuitate nemo psumat baptizare. scs leo papa in decre
talib. phibet ita. Siquis autem epiphaniae festiuitatem

quae in suo debito honore ueneranda ē. ob hoc existimat habere
priuilegium baptismatis. sciat illius baptismi aliam gratiam.
aliam fuisse rationem. nec ad eam ptinuisse uirtutem. qua per
spiritum sanctum renascuntur. Dns non indigens remissione
peccati. nec remedio renascendi. sic uoluit baptizari quomodo
& circumcidi. Sed tunc regenerationis potentiam sanxit.
quando de latere illius pfluxerunt sanguis redemptionis. &
aqua baptismatis. Unde in baptizandis electis qui secundum
apostolicam regulam. & exorcismis scrutandi. & ieiuniis sancti
ficandi. & frequentib; sunt pdicationibus imbuendi. duobus tan
tum temporib; .i. pascha & pentecostes ee seruanda. Excepto
p mortis periculo. in persecutionis angustiis. & in timore naufra
gii. Aptissimum namq; ē ut in morte crucifixi. & in resur
rectione mortui potentia baptismi. nouam naturam condat
ex uetere. ut in renascentib; & mors xpi operibus dicente apto.
An ignoratis quia quicumq; baptizati sumus. Per triduanam
enim sepulturam. imitatur trina demersio. & ab aquis leuatio
resurgentis instar de sepulchro;

DE YPAPANTI.

De hac festiuitate & aliis festiuitatib;
scae mariae. in gestis pontificalib; legitur. quod sergius papa pcepe
rit laetanias fieri in die psentationis dni in templo. Ita enim scrip
tum ē. ut in diebus annuntiationis dni. dormitationis. ac natiui
tatis scae di genitricis mariae. & sci symeonis quod ypapanti dicit

grece. cum laetaniis exeant a sco adriano. & ad scam mariam populus
occurrat. Ipsa ergo die aurora ascendente procedit omnis clerus seu
populus cum laetaniis & antiphonis ad aecclesiam sci adriani ex
pectantes pontificem. Ingressus pontifex in sacrarium. induit se
uestibus nigris. & clerus similiter. Post haec accipiunt singulos cereos
de manu pontificis. deinde ex iussu pontificis inchoat scola.
A Exsurge dne. Nos auribus nris audiuimus. Et egreditur pontifex
de sacrario cum ministris annuente eo scolae primo ut dicant
gloriam. Deinde uadit ad altare & orat usq. ad expletionem
gloriae. Post orationem osculato altari & diaconi similiter
hinc inde dicit scola. V Opus quod operatus es. absq. kyrieleyson.
Antiphona expleta stans pontifex ante altare dicit Dns uobiscū.
& oremus. & diaconus dicit. flectamus genua. Si tamen infra
septuagesimā euenerit. Sequitur oratio. Erudi qs dne plebem
tuam. & cetera. Hac expleta inchoat scola per uiam antiphonā.
Adorna thalamū. Item. Aue gra. Item. Responsum. Cum autē
appropinquauerint atrio aecclesiae sanctę mariae, faciendę sunt
laetanię. His expletis ante altare. & ingresso pontifice in sacrariū.
inchoat scola ad introitum. AN Suscepimus ds. Ipsa die non can
tatur glā in excelsis dō. si infra septuagesimā euenerit.
Deinceps missa per agitur ordine suo. De hac festiuitate dicit &
beda sacerdos & doctor eximius in libro de temporibus. Secundū
mensem dicauit numa februo id est plutoni. qui lustrationum

potens credebatur· Lustrariq; eo mense ciuitatem necesse erat
quo statuit ut iusta diis manib; soluerentur· Sed hanc lustran
di consuetudinem bene mutauit xpiana religio. cum in mense
eodem die sanctę mariae plebs uniuersa cum sacerdotibus ac mi
·ymnis aecclis
nistris· modula deuota per epistolas perq; congrua urbis loca pro
cedit· Datosq; a pontifice cereos in manibus gestant ardentes.
& augescente bona consuetudine id ipsum in ceteris quoq; eiusdem
beatae matris & perpetuę uirginis festiuitatibus agere didicit·
Non utiq; illustrationem terrestris imperii quinquennem. sed in
perennem caelestis regni memoriam. quando iuxta parabola
uirginum prudentum omnes electi lucentibus bonorum
actuum lampadibus obuiam sponso ac regi suo uenientes mox
cum eo ad nuptias supernae ciuitatis intrabunt· Toma.

Septuagesima computatur secundum DE SEPTUAGESI
titulationem sacramentarii. & antiphonarii nouem ebdoma
dibus ante pascha in septima sabbati· Populus di in babilone
detentus est captiuus septuaginta annis· Quibus expletis·
reuersus est hierusalem· Septuagesimus numerus ad memoria
nobis reducit omne tempus praesentis sęculi. quo alieni sumus
a caelesti hierusalem· Ideo auctor nostri officii. septuagesi
mam posuit in officiis nostris. ut hoc tempore a deliciis
abstinendo. ostenderemus in nostra conuersatione qualiter
per omne tempus saeculi uiuere debeant. qui post baptismu

peccatis se alienant acaelesti hierusalem·
Nam quod per septuaginta annos populus decaptiuitate
reuertitur. quis nonuideat post euoluta tempora quae
septenario dierum numero transcurrunt. etiam nobis
idest aecclesiae dī adillam caelestem hierusalem
ex huius peregrinatione redeundum. Qua prop
ter alleluia illo tempore non cantatur apudnos
nec gloria inexcellis dō. quae sunt cantica caelestia·
Dicitur enim inpsalmis· Quomodo cantabimus
canticum dnī interra aliena. Sunt qui primam
ebdomadam septuagesimae sine aliquo articulo
nouellę conuersationis ducunt excepta mutatione
alł. & quibusdam locis dalmaticarum & intermissi
one gloria inexcelsis dō· Greci proximam ebdoma
dam idest sexagesimam sanctificant suo ieiunio·
Clerici nostri auctore thelesphoro papa sequentem
idest quinquagesimam. qui constituit septem
ebdomadarum ieiunium ante pascha·
Praeceptor tamen officii nostri ampliorem
mutationem requirit. quam nos agamus consti
tutione officii sui· Ipsum enim ieiunium
intimauit in prima oratione missae dicens·
Ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur·

Hic enim afflictionem sonat. in introitu quoq; dicit. Circum
dederunt me gemitus mortis. dolores inferni. Propter hos do
lores non possumus laetari & securi eē. sed preparare nos debem'
ad bellum. ut apostolus ait. Omnis qui in agone contendit. ab
omnibus se abstinet. Dicit ambrosius. Ab omnibus quae uitan
da eadem tradit disciplina cum sciant coronandum, quanto magis
obseruandum ē quibus omnis ꝓmissa est salus. Unde autem
abstinere debeamus qui bellaturi sumus. docet apls dicens.
Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur
in uobis. & cetera. Thelesphorus papa nonus post beatum
petrum aptm in sede romana. constituit ut ꝑ vii ebdomadas
abstinentiam obseruarent quod adhuc multi faciunt.
Quod tempus tunc duas ob causas quinquagesimam

placuit appellari · ut quia inordine · L · numerus post quadragesimū
constat · ut quia exinde quinquaginta dies sunt inscām resurrectionē ;
Postmodū melciades papa natione afer · trigesimus quartus post
scm̄ petrū · constituit · ut nemo presumeret · inprima ut quinta
feria ieiunare · Inprima ꝓpter dm̄ resurrectionē · Inquinta ·
quia inea cenauit dn̄s cū discipulis suis · & inea ascendit incelū ;
Tunc placuit fidelibus · ut octo ebdomadas ieiunio consecra
rent · & primā dominicā quadragesimā nominarent · non ppt
sexagenarium dierū numerū · sed ppt usum locutionis nrāe ·
quia sicut quadragenario quinquagesimus · ita quinquagena
rio sexagesimus · & sexagesimo septuagesimus coaptatur ·
A sexagesima usq; inpascha · octo sunt ebdomade · E quib; singu
lis si primā et quintā feriā deabstinentia subtrahas · ut mel
ciades instituit · et ipsū diem scm̄ pasche · quadraginta tantū
dies remanent abstinentiae · adimitatione dm̄ nrī ihū xpi ;
Septuagesima ideo afidelibus fertur celebrari · ut et decimas dier
dō reddere · et nihilominus primā & quintā feriā et sabbatum
possint aieiunio relaxare · A lxx · naq; usq; inpascha · nouē sunt
ebdomade · quae faciunt · lxiii · dies · Exquibus si deunaquaq;
ebdomada tres prefatos dies subtraxeris · & sacrū diē paschalē ·
xxxvi · dies indecimatione anni ieiunas · Ille aut qui sabbatū
constituit honorandū · non ppter legalia mandata hoc fecit ·
sed quia requieuit illa die dn̄s insepulchro · Aug inlibro · xv ·

de ciuitate di· Non omnia inquit quae gesta narrantur. aliquid etiã
significare putanda sunt. sed propter illa quae aliquid significant.
etiã illa quae nihil significant attexuntur· Non solo uomere aratur.
sed ut hoc possit fieri· etiã cetera aratri membra sunt necessaria·
Nec soli nerui in cytharis aptantur ad cantũ. sed ut aptari possint.
insunt & cetera· ITẼ ALITER· Quare dicit septuagesima. cum
ab ea die usq; in pascha non sint plusquã. lxiii. dies.· Consue
tudo est scripturarũ diuinarũ ut omnis numerus ex quo quã
libet decadã transierit. ut tertius monadis incurrat. non depu
tetur idem numerus pcedenti decadi. sed ei ad quẽ tendit· Lege
librũ genesis in genealogia filiorũ noe· ITẼ ALIT· Cur dicit
septuagesima. cũ ab illa die usq; in pascha non sint septuaginta
dies.· Septuagesima tendit ad sabbatũ ante octauas paschae.
quando hi qui in uigilia paschae baptizant alba uestimenta de
ponunt. & tunc confirmari eos oportet ab epo. & p inpositione
manus accipere spm scm. Et quia septẽ dona sps sci describunt. recte
qui hunc accepturi sunt septuagesimã celebrant· Qd enĩ septenarius nume
rus per se. hoc idem signif per denr multiplicat; Sexagesima tendit
usq; ad mediũ pasche. id. iiii. fer ebdomade paschalis; Quinquagesim tendit
ad ipsũ diẽ pasche; Quadragesim ad diẽ cene dñi; Computa ergo dierũ nu
merũ qui sunt in abstinentia. a lxx.ma usq; quadragesimã. & inuenies ter senos.
id xviii. dies. exceptis dominicis diebus· Quẽ numerũ si p duplare por
tionẽ diuidas. inuenies in una parte. vi. in altera. xii· Sex autẽ ad

xii· simpla· xii· ad vi· dupla proportio est; Itē inter caenā dni &
diem pasche duo sunt dies. et inter pasca et medium paschae qd e
quarta feria· ii· sunt dies· quo tendit· LXX· et ab ipsa die usq; sabb
quo LXX· peruenit· similit duo· qui sunt simul vi· Quatuor enim
ad duo· duplū est ad simplum· Precedentes ergo numeri qui sunt
in abstinentia significant duplam mortem nrām· simpla xpi mor
te esse destructā· Nos enim in anima et corpore· morti eramus
obnoxii· Xpc autem sua corporali morte· et animę et corpo
ris mortem exclusit· Isti autem dies quos in dni resurrectione
cum gaudio et letitia celebramus· significant resurrectionē
quam xpc duplam sua simpla contulit· Ipse enim sicut solo
corpore mortuus est· ita et solo corpore resurrexit· Nos autē et
in anima primum resuscitat peccata dimittendo· et in futuro
etiam corpora resuscitaturus est· T caput ieiunii·

ORDO AD POENITENTIĀ DANDĀ· FER· IIII· QUAE EST

In primis premonere debet sacerdos omīs xpianos ex sacris scrip
turarum testimoniis· quatinus capite ieiunii hoc est hodie
ad ueram confessionem ueram q; poenitentiam festinantius
accedant· De hac hieronimus infit· Utinam tam cito con
uertantur peccatores ad poenitentiam· quam cito dns prepa
ratus est· etiam mutare prefinitam sententiam· Non enim tem
poris longitudinem requirit deus· sed affectu sinceritatis ple
nitudo pensatur· Gregorius· Satis alienus a fide est· qui ad

agendam penitentiam tempora senectutis expectat · Metuendum est enim ne dum sperat misericordiam · incidat iudicium · Item quoque · Siquis te de peccato forinseco correxerit · tunc confitere interiora quae ille nescit · Denique ammonendi sunt ut in cena domini redeant ad reconciliationem sicut in consequentibus dicetur · Si uero inter est causa · aut itineris. Aut cuiuslibet occupationis · aut ita forte hebes est · ut ei hoc sacerdos suadere nequeat · iniungat tam quadragesimalem · quam quoque annualem penitentiam et reconciliet cum statim · Sacerdotibus uero summopere satagendum est · ut octo uitia criminalia cum eorum sequentiis atque testimoniis scripturarum quibus cohercendi sunt homines atque ad meliora prouehendi · omni studio intellegant atque doceant sicut hic in fronte prima adnexa sunt · Quorum uitiorum octo haec sunt nomina · In primis superbia · inanis gloria · inuidia · ira · auaritia · tristitia · uentris ingluuies · atque luxuria · De superbia quod est caput omnium uitiorum oriuntur supra scripta · vii · uitia criminalia ·

Superbia dicitur quasi super grediens mentem de eo quod non est · Unde superbus quasi extra uiam ambulans · De qua scriptura · Initium omnis peccati superbia · Et ideo initium dicitur omnis peccati · quia ipsa precessit in diabolo · et non solum peccatum est ipsa · sed etiam nullum peccatum fieri potuit · potest · aut poterit · sine ipsa ·

Porro cupiditas atque superbia in tantum unum est malum · ut

nec superbia sine cupiditate · nec sine superbia possit inueniri cu
piditas · Non enim primus homo ederet de ligno p̄hibito nisi
concupisceret · nec desereretur a deo · nisi prius ipse desereret ·
De superbia dicit augustin̄ · Vitanda nobis ē superbia · quę et
angelos nouit decipere · et homines dissipare · hieronim̄ · Vir
superb; n̄ decorabitur · nec uoluntate suam p̄ducet ad fine · Am
brosius · Sup̄bia ex angl̄is demones fecit · humilitas aut̄ homines
scis angl̄is similes reddit · De inani gl̄a · i · uana q̄ g̃ dr̄ coenodo
xia nascitur inoboedientia · iactantia · ypocrisis · contenti
ones · p̄tinaciæ · discordiae · et nouitatū p̄sumptiones · Est enī
uanitas inflata · appetitio uanitatū dulcis miseris · amara
perfectis · cui seruiunt timidi · sub qua iacent elati · tantūq ·
eos ardor humanę laudis inflammat · ut laboriosa opera
q̄ popul admiret̃ · et quibus fama diffunditur · sine labore
suscipiant et libenter exerceant · Vnde ē quod ieiunare · ab
stinere · uigilare · aecclesiā freq̄ntare t p̄sallere · Cum haec
om̄a sine labore non faciunt · etiā cū delectatione faci
unt · ut ab hominib; quib; placere non deo desiderant ui
deantur · Vnde ueritas · Amen dico uobis receperunt mer
cedē suā · De inuidia siue inuido · qui ab inuidendo alteriū
felicitate dr̄ · nascitur odium · susurratio · detractio · exul
tatio · in aduersis p̄ximi · Afflictio aut̄ in p̄speris · De hac
ap̄ls comminatur dicens · Qui odit frm̄ suū · homicida ē ·

Et qui inuidet intenebris est · et intenebris ambulat · Unde nil
infelicius potest esse inuidia · quę alienis torquetur bonis ·
Inuidia enim sensum mordet · pectus urit · mentem afficit ·
et qui inuidet similis est diabolo · qui per inuidiam hominem
de paradiso eiecit ; De ira longa quę ab indignatione dicitur
a qua et iracundia eo quod accenso sanguine in furorem com
pellitur · nascuntur rixę · tumor mentis · contumeliae · clamor ·
indignatio · blasphemiae · De ipsa enim dicit scriptura · Ira in
sinu stulti requiescet · et alibi · Ira enim uiri · iustitia dei non
operatur · Et in psalmo de cottidiana ira · Irascimini · et nolite
peccare · et apostolus · Sol non occidat super iracundia urām · Et
alibi · Illa enim ira mala ē · quę mentem turbat ut rectum con
silium perdat ; De tristitia quae oritur ex ira · nascitur malitia ·
rancor · pusillanimitas · desperatio · torpor circa precepta · uaga
tio mentis erga illicita · Et sciendum est · quia int̄ tristitiā et
mestitiam hoc inter est · Mestitia cordis est · tristitia uultus ·
Mestum enim t̄ incertū dicimus animum · Tristis enim facie ita di
noscitur · abiectio uultu · pallido aspectu · turbidis oculis · tur
bato uultu · De hac tristitia dicit apostolus · Quę enim sc̄dm
deum tristitia est · poenitentiā in salutē stabilem operatur ·
Sc̄li autem tristitia · mortem operatur · Alibi · Tristitiam non
des animae tuae · Isidorus · Vis numquā eē tristis · bene uiue ·
Secreta conscientia tristitiam leuiter sustinet · De auaritia

quae gr̄ dr̄ filargiria · uel amor pecuniae quae ab auiditate dicta ·
Unde auarus quasi auidus auri qui nunquam opibus expletur ·
Nascitur ṗditio · fraus · fallatia · periuria · inquietudo · uiolentia ·
et contra misericordiam obduratio cordis · De hac dicit apl̄s · neq·
auari · neq· rapaces · regnum dei possidebunt · Et salomon · Auar
non implebitur pecuniis · Et itē · Auaro autē nihil ē scelestius ·
nihilq· iniquius quam amare pecuniam · Et iterū · Cū enī morie
tur homo hereditabit serpentes et bestias et uermes · Hoc uero
uitium uincitur in largitione pauperū · in uisitatione infirmoꝝ ·
integimento nudorum · in reddendo quod iniuste sublatū ē ·
et in fletu ac lacrimis cum contricione cordis sicut dn̄s dicit ·
Si uis perfectus esse · uade et uende om̄ia q̄ habes et da p · et rl; De uentris
ingluuiae · quę gr̄ dr̄ castrimargia · idest horrida uoracitas atq·
glutto siue gulosus qui a gula dicitur · nascitur inepta lętitia ·
scurrilitas · inmunditia · multiloquium · ebitudo sensus circa
intellegentiam · et est uitium spiritale · De hoc scriptū ē · qui
continet uentrē suū minuit uitia · Abundantia aūt ęscarū ·
nutrit desideria mala · Multae aescae nutriunt uentrem for
nicationis · et apostolus · Non in comessationibus et ebrietatibus ·
Et quia primus homo uitio gulę cecidit · necesse ē · ut per absti
nentiam resurgamus · Laeta caro traxit nos ad peccatum ·
Afflicta reducat ad ueniam · De luxuria · quę a luxu nomen
accepit · et est inmunditia corporalis · Unde et luxuriosus

quasi solutus et corruptor dicitur · Nascitur cecitas mentis ·
inconsideratio · inconstantia · precipitatio · amor sui · odium
dei · affectus presentis seculi · horror autem uel desperatio
futurorum · Est autem uitium corporale · De ipso dicit apostolus ·
Fugite fornicationem · et item · Fornicatores et adulteros iu
dicabit dominus · Hieronimus · Ve illi qui tunc habuerit termi
num luxuriae quando et uite · Diabolus per superbiam et forni
cationem omni hominum generi dominabitur · Omnibus peccatis
fornicatio maior est · Melius est mori quam fornicari · Libido
in infernum mergit hominem · Et sciendum quia fornicatores ·
libidinosi · sodomite · adulteri · incestuosi · constupratores ·
raptores · molles · masculorum concubitores · inmundi pollu
tores · inpudici · generaliter luxuriosi nominantur · Unde
fornicatio dicitur amor legitimo conubio solutus · et uagus · ex
plende libidinis consectando licentia · De qua scriptura ·
Qui fornicatur in carne sua peccat · et maioris est criminis · quia
tollit membra christi · et facit membra diaboli · Libidinosi
dicuntur · qui faciunt quod eis libet · Sunt enim cupidi uolun
tatis · Sodomite interpretantur exclusores ipsorum · Adulteri
dicuntur · qui alterius thorum uiolant siue polluunt · Incesti dicuntur
quasi incastus propter illicitam comixtionem · id est qui cum parente propria
aut sorore · uel uidua · siue nouerce filia · uel cognata · atque
deo sacrata presumpserit fornicari · Stupratores dicuntur uirginum

corruptores · Raptores a corrumpendo · quia qui rapto petit
stupro fruitur · Unde inter stupru̅ · et adulteriu̅ et incestu̅ ita differt ·
Stupru̅ in uirgine · adulterium innupta · incestu̅ in parentibus ·
Molles sunt effeminati · uel qui barbas n̅ habent · siue q̇ alterius
fornicatione̅ sustinent · De quibus ap̅ls · Neq; molles regnu̅ dei
possidebunt · Masculoru̅ concubitores · comites fornicantiu̅ ·
Inmundi · polluti · coinquinati · socii luxuriosis · pollutores · de
formes · conmaculati · ł qui p̄prus manib; se sordidant · inpudici ·
a podice uocantur · Putore̅ eni̅ foetore̅ dicim̄ · siue inpudicus ·
qui turpitudine̅ flagitio infert · Sed & alia uicia quę licet ex
superioribus oriantur aliis tamen uocabulis censent̄ · sic sacri
legiu̅ qd̄ aug̅ inter octo uitia co̅putat · Sacrilegiu̅ e̅ sacraru̅
reru̅ furtu̅ · quę postea in idoloru̅ cultu̅ cedunt · Unde sacri
legus dictus ab eo qd̄ sacra legit et furat̄ contra leges · uel
sacrilegus s̄c̄a loca uiolans · Faciunt hoc aecclesiae predones ·
Fures a furuo dicti sunt · i · a fusco · Nam noctis adeunt te̅pus ·
Unde inter furem et latronem hoc differt · qui alienum sub
trahit fur est · qui furatur et occidit · latro est · A latendo
eni̅ dicit̄ latro · Periuri dicunt̄ q̇ p̄pere iurant ide̅ male · D
Falsidici · q̇ aliud fantur qua̅ uerum · Ebrius dr̄ q̇ ad te̅pus
bibit · Ebriosus qui semper · De quo scriptura · Ebriosi regnu̅
dei non consequentur · Acediosus ab acedia dicitur · qui an qd̄ sit acedia
xietatem siue cordis tediu̅ patitur · qui et inconstans ł uagus

dicitur · Aliquibus enī inter octo uitia reputatur · Parricida et patri
cida hoc differt · Parricida est qui parentem occidit · patricida
qui patrem aut socium · fratricida qui fratrem occidit · Homi
cida cōpositū ex homine et cede · unde et homicida · Stultiloquꝰ
est · qui turpia et risum mouentia narrat · unde et stultiloquiū
nihil in se sapiens habet · Scurrilitas siue iocularitas quae uem
unt ex aliqua prudentia · risum mouent audientibus quibus
magis conuenit lugere · Turpitudo est · cum inflammantur
sensus nri ad libidinem et carnis titillationē · anima ignita suc
cenditur · et nihil dei timore refrenatur · Idolatria dr̄ q̄ idol̄ s.
seruit · et in ppħ · idolatriam sepe fornicationē appellatam
inuenimus · et qui plus nummū diligit quā deū · sculpturam
nummi colit · et idola in eis celata ueneratur · Susurro de so
no locutionis appellatur · i · qui libenter inutilia audit · Unde
scriptura · Non sis susurro · Malefici · et uenefici dnr̄ · q̄ causa
mortis uenenū parant · et artificiose multa mala cōponunt ·
Maledici · linguosi · siue litigiosi · Sortilogi et diuini · siue
fanatici atq; coniectores · qui sub nomine fictę religionis per
quasdā quas sortes scōꝝ uocant diuinationes et scientiam pro
fitentur · Arioli siue aruspices ; ppriae sunt qui circa aras idolorū
nefarias preces emittunt · Augures · qui auguria et uolatus atq;
uoces auium intendunt · Auspicia ultro enim ueniunt ·
Fatuus est · qui quod fatur non intellegit · neq; quod alii

dicunt intellegit · et dicitur excors · De quo in euangelio · qui dixe
rit fatuae · Genus enim conuitii est · Racha inanis · et uacuus ·
siue absq· cerebro · Est enī genus despectionis siue irȩ · Unde in
euangło · Qui dixerit frī suo racha · hoc ē ꝓuerbium ꝓuintiale ·
Ecce uitia breuiter digesta · ꝑ quȩ humanū genus adiabolo cottidie
in pugnat̃ · De cetero sciant sacerdotes xp̄i · qđ quotienscūq· ad pę
nitentiā xp̄iani accedant · ieiunandū ē ꝑ̄us cū eis ꝓ eorū erratib·
utnon dicat̃ eis qđ sacerdotib· iudeorū dictū ē adn̄o · Ve uob̄ legis
peritis q̄ aggrauatis homines inponentes sup humeros eorꝫ onera
grauia · ipsi aūt digito ur̄o n̄ tangitis sarcinas eorū · Nemo enī po
test iacentem sub onere subleuare · nisi inclinauerit se ut porrigat
ei manū · neq· ullus medicorū uulnera infirmantiū potē curare ·
nisi foetorib· particeps fuerit · Ita quoq· sacerdos ł pontifex uul
nera curare non potest · nisi ꝑstante sollicitudine et oratione ·
Et quotiens dederis consilium peccanti · simul quoq· da ei peniten
tiam · statim quantū debeat ieiunare et redimere peccata sua ·
neforte obliuiscaris quantum eum oporteat abstinere · Tibi
enim necesse est · ut iterum ab eo exquiras peccata · qđ ille for
sitan erubescat · iterū peccata sua confiteri · Non enī om̄s cle
rici aut ullus laicus hanc scripturam usurpare aut legere
debent · nisi soli illi quib· necesse ē · hoc sunt epī ł prbi · Sicut
enī sacrificiū offerre (n debent) nisi epī et prbi quib· claues regni celes
tis traditȩ sunt · sic nec uitia ista alius usurpare debet · Si aūt

necessitas euenerit et presbiter non fuerit p(rae)sens diacon(us) suscipiat
penitentia(m) ac s(an)c(t)am comunionem · Deniq(ue) sacerdos hac auctori
tate inbutus siue co(m)punctus suscipiens penitente(m) · si laicus est
dimisso baculo · Quisquis uero ille e(st) · siue laicus · siue clericus ·
siue monachus · suppliciter se inclinet ante sacerdote(m) · Tunc sa
cerdos dicat hanc oratione(m) · D(omi)ne d(eu)s omp(otens) p(ro)pitiu(s) esto mihi pec
catori · ut condigne possim tibi gra(tia)s agere · et reliqua · Deinde
iubeat eum sacerdos sedere contra se · et colloqui cum eo de
supra dictis uitiis · siue exortationibus diuinis · ne forte
p(ro) uerecundia aut ignauia · siue obliuione aliquid putridu(m)
in corde remaneat · per q(uo)d iterum diabolus eum aduomi
tum peccati reducat · Consideret etiam sexum · aetate(m) · con
ditione(m) · statum · persona(m) · et sec(un)d(u)m hoc ut sibi uisum fuerit ·
singula quoq(ue) diiudicet · i(d est) · aliquos acibis abstinendo · alios
elemosinas dando · non nullos sepius flectendo genua · siue
in cruce stando · aut aliquid aliud huiusmodi quae ad ani
mae salutem pertinent · Non omnib(us) u(ero) una eade(m) discretio sit
unicuiq(ue) horum · hoc e(st) inter diuite(m) et paupere(m) · liberum et
seruum · inter infante(m) et puerum · iuuene(m) et adolescente(m) · aeta
te et sene(m) · hebete(m) et stultu(m) · scientem et ignaru(m) · laicu(m) et clericu(m) ·
monachum et ep(iscopu)m · pr(es)b(yteru)m et diac(onum) · sub diacone(m) et lectorem ·
in gradu · in coniugio · uel sine coniug(io) · int(er) uirgine(m) et femi
nam · int(er) canonica(m) et s(an)c(t)am moniale(m) · inter debiles et infirmos ·

inter sanos et peregrinos · De qualitate etiam pecorū uel hominum ·
inter continente et in continente · utrum uoluntate ł casu ł in
abscondito · quali conpugtione emendet necessitate ł uolun
tate · loca et tēpora discernat · Attendat etiā sacerdos ut salui
sint omš · et ñ pusillanimes · quia potentes potent tormta pa
tientur · Ite · Ihc filius sirach · In iudicando esto misericors · pu
pillis ut pater · et p uiro matri illoꝝ · Et iacobus · Iudiciū sine
misericordia erit illi · q̄ ñ fecit misericordiā · Super exaltat aūt
misericordia iudiciū ut idē ē sequatur · Ut ait scš benedict · q̄
uerā penitentia faciunt · agunt in ieiunio et fletu · in elemosinis
et orationib· · et ppetrata iterū ñ faciant · et si faciunt tam
ñ pseuerent in eis quia dš dixit · Malū cogitasti · ignoui ·
malū dixisti · ignoui · malū fecisti · ignoui · pseuerare in malo ñ
ignosco · Ergo q̄ pseuerant in malo · ñ ignoscet · Et sic iudica iusti
iudicium scdm canones · ut alii timorē habeant ; Neq· hoc omit
tendū ē · qr ppt ista peccata affligunt flagellis tēporalibus ·
Inde suscitantur bella · incursiones paganoꝝ · captiuitates ·
pestilentiae · fames · egritudines · mortalitates hominum ·
atq· animalium · morbi · incommoditates · aeris siccitates ·
inundationes pluuiarum · tempestates · tonitrua · atq· ful
gura noxia · inclementia frigoris · uehementia ardoris ·
reges iniqui · potentes siue iudices pessimi · bestiae nociuae ·
et horū similia · Decernunt iusta · pponunt supplicia ·

uincula · tortores · flagella · exilia · amputationes membrorum ·
amissiones rerum · mortes diuersi generis · et auferri nequeunt
de mundo · Fit etiam ecclesiastice uigor · correptio · excommunica
tio · de ecclesia exclusio · leges poenitentiae · Anathematizatio ·
construuntur iudices · insistunt officia · mittuntur ultores · ut hoc
corrigant · et auferri non possunt de ecclesia · His uero peccatis semper
manentibus · heu pro dolor · tam securi pergimur ad tenebras exte
riores · quasi nobis ibi cubicula extruantur · Delitiae praeparentur ·
ministri procurentur · thesauri congerantur · ornamenta multipli
centur · cum scriptura dicat · Quodcumque potest manus tua
facere instanter operare · quia nec opus · nec ratio · nec sapi
entia erit apud inferos quo tu properas · Contra ista omnia
suscipiendum est bellum · et acriter gerendum ne ad dampnabilia
peccata perducamur · Post ista omnia scrutata sacerdos et
poenitentem corroboratum · interroget eum ita dicens · Credis in
deum patrem · et filium · et spiritum sanctum · respondeat penitens · Credo ·
Credis quia iste tres personae quas modo dixi · pater · et filius · et
spiritus sanctus unus deus sit · R. Credo · Credis quia in hac ipsa carne in
qua nunc es resurgere habes · et recipere siue bonum siue malum
prout gesseris · R. Credo · Vis dimittere illis qui in te pecca
uerunt omnia · ut et tibi deus dimittat peccata tua ipso
dicente · Si non dimiseritis omnibus peccata eorum · nec pater uester
caelestis dimittet uobis peccata uestra · si uult dimittere · sus

cipias eius confessionem . et indices ei poenitentiam · Si non uult . n̄
suscipias eius confessionem · Volens uero dimittere omnia his q̄
in se peccauerunt . confiteatur omnia peccata sua quę recor
dari potest · Pręcauendum est tamen sacerdoti de supradic
tis uitiis . ut eū exortationis gratia ad memoriam reducat ; ne
quid aduersante diabolo occultum remaneat · Quo fac
to fixis genibus in terra . et super ipsa innixus stans . suppli
citer tensis manibus blando ac flebili uultu respiciens sacer
dotem . dicat his uerbis · Multa quidem et innumerabilia
sunt alia peccata mea quę recordari nequeo . in factis . in dictis .
cogitationibus ; pro quibus omnib; misera mens mea conpungitur .
et acri interdum poenitentia cruciatur · Ideo q; consiliū immo
iudicium tuum qui sequester ac medius inter dm̄ et peccatorē
hominē ordinatus es . supplex deprecor . et ut pro eisdē peccatis
meis intercessor existas humiliter imploro · Quo perdicto .
totū se in terram prosternat . et gemitus atq; suspirat lacrimas
prout ds̄ dederit ab intimo cordis producat · Sacerdos ū patiatur
eum aliquantis per iacere prostratum . iuxta qđ uiderit eum
diuina inspiratione cōpunctū · Deinde iubeat eū sacerdos surgere .
& cū steterit super pedes suos . cū tremore et humilitate presto
letur iudiciū sacerdotis . & indicat ei sacerdos abstinentiā siue
obseruantiā . perpendens subtiliter personę qualitatē . modū cul
pę . intentionē animi . et corporis ualitudinē . ut imbecillita

tem · Percepta autē sententia sacerdotis · iterū ꝓsternent se sacer
dos pedibus eius petens ꝓ se oratione fieri · ut suggerat ei diuina
uisitatio uirtutē constanter obseruandi quae illi iniuncta sunt ·
et ita reuerenter sacerdotis iuditio obtemperare · Ac si ipso ab
diuinę maiestatis ore oportuna salutis suae medicamenta susce
pisset · Quapropter oportet ad penitentiam accedere cum om
ni fiducia · et ex fide credere indubitanter penitentia aboleri
posse peccata · etiam si in ultimo uitę spū commissa peniteat ·
et publica lamentatione peccata prodantur · quia non uult
deus mortem peccatoris · sed saluatus miseratione dei uiuat ·
Nam secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamꝰ ·
Cottidiana uero leuiaq; peccata sine quibus haec uita n̄ au
ditur · dominica oratione purgantur · quorū ē dicere · dimit
te nobis sicut et nos dimittimus · Nā ipsa elemosina ē uenia
homini penitenti ignoscere · Unde dns · Date elemosinā ·
et omnia munda sunt uobis · Mensurā uero temporis in a
genda penitentia · idcirco non satis attente prefigunt cano
nes ꝓ unoquoq; crimine · sed magis in arbitrio antistitis relin
quunt · q̄a apud dnm n̄ tantū ualet m̄sura t̄poris · quā doloris ·
nec abstinentia ciboꝝ · quā mortificatio uitioꝝ · Sed hi sciendū ē ·
ut cū uenerint serui t ancillę ad penitentiā · n̄ eos cogatis tantū
ieiunare q̄tū diuites · quia n̄ s in sua potestate · Ideoq; medietatē
penitentię eis imponite · Post haec u̅ dicat sacerdos sup eū has orationes

Exaudi quaesumus domine preces nostras · & tibi confitentium parce peccatis. Alia.
Praeueniat hunc famulum tuum quaesumus domine misericordia tua. Alia. Adesto domine
supplicationibus nostris · nec sit ab hoc famulo tuo. Alia. Domine deus noster qui
offensione nostra non uinceris. Alia. Adsit domine quaesumus huic famulo
tuo · Alia · Da quaesumus domine huic famulo tuo · Alia · Precor domine
clementiam tuę maiestatis · Et cetera · Quibus dictis. iubeat sacer
dos poenitentem surgere de terra · sed et ipse surgat de sedili suo ·
& si loco uel tempori congruit ingressi ecclesiam et super genua
uel cubitos uterque innixus decantent psalmos · Domine ne in
furore tuo · II · Benedic anima mea domino · Miserere mei deus ·
Deus in nomine tuo · Quid gloriaris · Deinde kyrie eleyson ·
Pater noster · Saluum fac seruum tuum · Illustra faciem tuam · Mitte ei
domine auxilium de sancto · OR · Deus cui indulgentia nemo non indiget ·
Missa post confessionem · AN · De necessitatibus · OR · Deus qui
iustificas · EPLA · Lauamini · GR · Saluum fac seruum tuum ·
Euangelium · Duo homines · OFF · Miserere mihi domine · SUP OBL · Huius
domine uirtute misterii · CO · Deus propitius · AD CO · Purificent nos domine.
Eodem die fit collecta ad sanctam anastasiam · ANT · Exaudi nos domine
quoniam benigna · PS · Saluum me fac deus · Interim ponendi sunt
sup capita
cineres. sic antifona testatur · OR · Concede nobis domine · AN · Ad
processionem · Iuxta uestibulum Ant · Inmutemur habitu · Ant Parce domine
His finitis. sequitur letania · Deinde statio ad sanctam sabinam ·
Sabbatum ante palmas ita praetitulatur in sacramentorio ·

Sabbato uacat. domnus papa elemosinā dat; Cogitare s oportet
qualiter eadem die potissimum elemosina tradenda sit; Ubi
notandū qđ ea quae colimus circa passionē dn̄i & resurrectionē.
atq; ascensionē in caelum. in cōmemoratione illarū rerū quae
suo in tempore facta sunt agimus. ut illud. Quotienscūq; fece
ritis. Et reliq. Habemus opus precedentis elemosinę p̄sentis
sabbati. qđ ad memoriā reducamus; Cur enī isto die elemosi
na specialius ab apostolico tribuatur. cū omni tēpore danda sit.
Iohannes euangelista inquit. Ante sex dies paschae uenit ih̄c in
bethania in domū symonis leprosi. ibiq; lazarū quatriduanū
resuscitauit. feceruntq; ei cenā ibi. Maria ergo accepit librā
unguenti. et unxit pedes dn̄i. Et ceter. indignante p hoc iuda
p̄ditore. ih̄c in laude mulierū ita respondit. Opus bonū opera
ta ē in me. Ubicūq; fuerit p̄dicatū. & ret; Qui enī bene uiuit. pe
des dn̄i unguento ungit. Unguentū enī illud iustitia fuit. ideo libra
fuit. Qui sup̄flua dat pauperib; pedes dn̄i capillis suis tergit.
Domus impleta ē odore unguenti: & mundus repletus ē fama bona
mulieris. Unde apostolicus uir in memoria deuotissime mulieris.
membris xp̄i hodie facit. qđ ipsa fecit capiti. & ideo a statione
publica uacat. Non tamen a celebratione missę. quia huic nego
tio insistit. & quia de hac feria officium p̄priū non habet. De eisdē
feriis repetit. idē de IIII. feria. AN. Liberator ms. Lect. Zacharię
p̄ph. Haec dicit dn̄s Exulta satis filia hierusalē. ecce rex tuus ue

ni' tibi ... iustus & saluator; ipse paup & ascendens sup asinam; &
sup pullu filiu asinę. & rlq. Euangtm. Scdm lucam. Cum app
pinquiss& ihc ad bethfage: & bethania. & relq. DE DIE
Hesterna die dns in bethania: in domo. symonis: PALMARŪ.
recubuit. hoc ē sexto die. ante passione. Hodie uero quodē
quinto die ante pascha. exiens de bethania. misit duos
discipulos in hierusalē dicens eis. Ite in castellū quod contra uos ē.
& inuenietis asinā & pullum. soluite & adducite mihi. Qui soluentes.
adduxerunt ad ihm. & imposuerunt uestimenta sua. & eū desup
sedere fecer. Cū audiss& turba quae uenerat ad diem festū qđ ihc
pgeret ierusalem. Acceper ramos palmarx. uenerq; ei obuiam & clamabant.
Osanna benedictus qui uenit. & rl. De hac die sciendū ē. qđ diuersis
uocabulis distinguit. id dies palmarū siue florū. atq; ramorū. osanna.
pascha petitū. siue cōpetentium. et capita lauantium. Dies palmarx
ideo celebrat. quia in eo dns tendens hierosolimā. occurrit ei turba
plurima. hinc inde clamando. osanna. qđ interptatur saluifica.
siue saluos nos fac. Est enī ebreus sermo. qui apud illos dicitur.
osianna. In ramis palmarū significatur uictoria. qua erat dns
mortē moriendo superaturus. atq; p trophęum crucis de diabolo
mortis principe triumphaturus. In ramis arborū intellegunt.
dicta patrū & exempla. Turba plurima significat innumerabi
lem martyrū exercitū. qui corpora sua p dno tradider. Uestim
ta apostox. opera sunt iustitiae. Unde in psalmo. Sacerdotes tui in

duarentur iustitia. In asello quo sedebat indicabat simplicia corda gentilitatis. quā presidendo atq; regendo perducebat ad uisionē pacis aeternę. Pascha petitū siue cōpetentiū dr̄. quia hodie simbolū competentib; tradebatur. propter confinem dominicę paschę sollempnitatem. ut qui iam ad dī grām percipiendam festinant. fidem quā confiteri agnoscant. Competentes enī quasi simul petentes dicuntur. id ē grām xp̄i petentes. Capita lauantium ideo hunc diem appellat uulgus. quia tunc mos ē lauari capita infantium. qui unguendi sunt sabbato sc̄o. ne forte obseruatione quadragesimę sordidati ad unctionem accederent. Quanta uero reuerentia haec consuetudo a deuotissimis uiris excolitur. libari paxp inserere. Hodie preparatur quoddā portatoriū honestissime in quo intronizatur sc̄m euangeliū qd̄ intellegitur xp̄c. & statuitur in ecclā ante arā. Unde cleri processio ē. Deinde adducuntur palmę & flores atq; diuersa genera frondiū seu oliuarū. sup quę dr̄ benedictio a sacerdote. Omps ds̄ q ante quā filiū tuū dnm̄ nr̄m pro nob mortem perpeti sineres; seqr̄ benedictio palmarū. siue frondiū. Omps ds̄ xp̄e. His finitis. dantur a custodib; palmę. Accipientesq; populi ramos arborū oliuarum siue florū. inchoatur antif. Pueri ebreorū. Deinde suscipitur a diaconib; sup scriptū portatoriū cū euangelio baiulantes cum ingenti exultatione iugum xp̄i suaue & onus eius leue. precedente aqua benedicta cum candelabris atq; timiamateriis cum aliis ornamentis. Insup etiā laicorū scola cum

uexillis atq; guntfanonibus alonge p̄cunte; Exeunte enī clero seu
populo ab aecclesia . inchoat antifona: Cū appropinquaret dn̄s Qua
finita . inchoat scola . antif̄ . Ceperunt . Itē . Cū audisset . Itē ant̄ .
Appropinquante . Cū ingressi fuerint ciuitatē uel coenobium . dr̄
respons̄ . Ingrediente dn̄o . Itē ant̄ . Colleger̄ . ūs . Unus autem .
His finitis . ante atrium ecclesię seu loco cō petenti subsistit scola cum
baiulis et reliquo ornatu . et clerus seu populus expectant in loco
atrii inchoantes . Ant̄ . Occurrunt turbae . R̄ . Scola . ant̄ . Cum
angelis . Hac finita . inchoantur a duobus cantoribus q̄da uersus .
Israhel es tu rex . Resp̄ . cler̄ . Aspiciens seu inclinans se ad sup̄ scriptū
scm̄ euangeliū . Gloria laus et honor . Eo ordine sequunt̄ alii uersus .
His finitis . incipit scola cū baiulis . ā Pueri ebreorum . et tunc p̄sternit
omīs plebs . hinc inde frondes seu flores . decantantes . ā . Osanna
filio dauid usq; ad altare . et sic intrant ad missas . Ministri ū
tenent palmas in manib; usq; ad cōpletionē missę . Intermittunt
aliqui salutationē in passione p̄d̄ dn̄s uob cū . q̄d n̄ legit̄ in ordinib; .
si in parasceue tantū ubi reticet̄ officiū sacdotale . Ideo aūt haec
ebdomada maior dr̄ . quia in ea maxima ē adhibenda parsimo
nia . siue quod maius officium recolitur in ea . FERIA . IIII .
epdomadę maior̄ . hora tercia . p̄cedit apl̄icus cū omī clero seu po
pulo ad ecclam et dic orationes sollepnes sicut in sexta fr̄ . His ex
pletis . osculato altari egreditur . Presbiteri uero ecclarū . tam ur
bani quā sub urbani reuertuntur ad titulos suos ut hoc ordine

fr̄ ui. compleant. Hoc scientes aut quod pontifex p se intermittit
ibi cum comemorent. Postea uero hora octaua ingrediuntur
ad missas more solito. Ideo hę orationes hodie celebrant̄. q̄
in hac fr̄ iiii. consiliū fecer̄ iudei ut occiderent dnm. Unde nos
ad memoriā reducere debemus crudele consiliū iudeoꝝ. et man
suetudine xpi. ut contra omne iniuriam armemus nos armis
orationis et patientiae sicut ipse fecit dicens. Pater ignosce illis.
Sequitur manifesta diffinitio cur primus responsoꝝ unū habeat
uersū. secundus v. Primus homo adam duas mortes passus ē. In pma
lect et primo responsorio mors animae. In scda et in scdo mors
corporis signata ē. Caro namq; saluatoris p salute corporis. S
Sanguis uero p anima nr̄a effusus est. et q̄ omis homo unā habet
animā. idcirco primum responsoriū un sequit̄ uers. Responsor
scds. v. uersus habens. v. corporis sensus significat in adam mor
tuos. quos xpc moriendo & resurgendo reuiuificauit. & pris
tino reddidit statui. Passio. q̄ legitur ostend iudeorx consi
lium pualuisse ad tempus. & mansuetudine xp̄m perseuerass
se. Quod autem sine salutatione pnuntiatur qd dominica nona
gitur die. significat iudeorū prauum conuentum contra xp̄m
conspirasse. & discipulorum silentium propter tristici
am passionis illius que usq; usq; seruata ē. qua die primus
homo conditus ē. & redemptus. Per tres continuos qui se
cuntur dies. id. v. & ui. & uii. fr̄. triduanā dni sepulturam

celebrant. Ac p hoc ut conpaginem humilitati sepulturæ eius
amittimus ex celsa nra. id gla patri et campana id signa.

FERIA . V . IN CAENA DNI .

IN HAC SACRA festiuitate diuersa gesta sunt & geruntur. Surgen
dum e. enim ad uigilias hora noctis . VIII . & omni lumine decoratur
eccta . Ab hac nocte usq; in sabato scm non dr. ds in adiutori
um . more solito . neq; gla patri . in psalmis . neq; in respons . neq; in
ullo loco . Cantor uero mox inchoat. ANT . Sicut in Antip conti
netur . Lector uero non petat benedict . neq; a sacerdote conpletur .
sed ex uerbis lectionis iubetur fine facere . aut certe ex terminatione .
Lect prime de lamentationib; hieremiæ . Scdę de tractatu psalmi
Exaudi ds orationem cum tribulor . Tertiæ de apto . Conuenientib; no
bis in unum . In parasceue uero & in sabbato sco de sup dictis lamentatio
nib; & tractu aug in eodem psalmo . nouissime de epta pauli festine
mus ingredi p has VIIII lect . seu psalmos . Ac respons . qui recoluntur
in his tribus noctibus . Insinuatur qd dns descendens ad infernum .
inde tria genera hominu rapuit . & transtulit ad celos . ad sotietatem
uidelicet VIIII ordinu angtorx . sicuti e . duo in lecto . duæ molen
tes . duo in agro . Accenduntur enim in hac nocte lumina XXIIII .
& extinguntur p singulas lectiones et respon . Quæ fiunt
LXXII . inluminationes et extinctiones . Tot enim horis iacuit
xpc in sepulchro . lumen & cantus . gaudium & letitia signific .
Extinctio luminum defectu . LXXII horas q consecrate sunt xpi se

pulturę· Hoc enim ordine per singulas noctes extinguntur· In ini
tio primi psalmi est· custos paratus cum canna in loco dextere par
tis ecclesię· & mox ut primam antiph audierit· extinguit primam
lucernam· In fine uero sequentis psalmi ex parte sinistra tutat aliam·
in medio terciam· Hoc ordine alius prosequitur· His omnibus extinc
tis· simili modo in matutinis per singulas antiph extinguntur·
Dicto etiam uersu ante euangelium· subtrahitur media & re
seruatur usque in sabbato sancto· His finitis uadunt per oratoria psal
mos canendo cum antifonis· Amittitur etiam gloria patri & contra [cętera] ubi
recolitur gloria sanctę trinitatis· Quia una est persona filii dei· & filii homi
nis qui pati uenerat· confirmat se sancta ecclesia capiti suo & de glo
rificatione eius reticet usque dum exaltetur per triumphum uictorię·
Quia ordo predicatorum tempore passionis siluit· reticetur sonus
signorum atque campanarum· Pro hoc enim humilior sonus lignorum·
ad congregandum populum adsumitur· A pacis osculo siue saluta
tione abstinetur· non quod malum sit ubi ex caritate profertur·
sed ad uitandam salutationem pestiferam qualem iudas proditor
exercuit· ut demonstretur quam iniuriam passus est xpc· a suo discipulo·
& nos uitemus eandem iniuriam fratribus facere· Signo enim doloso
traditus est dominus· Inuitatorium non cantatur· ut doceant malum con
uentum uitare suos quod fuit aput iudeos de nece xpi· Sacer
dotale officium ideo his diebus non agitur· quia percussus est pastor·
qui est xpc· et arietes gregis dissipati sunt· Isto die penitentes

ad remissionem peccatorum redeunt. Iuxta decretalia innocen
tii pape quod dicit. De penitentibus autem qui siue ex grauioribus
commissis siue ex leuioribus penitentiam gerunt si nulla interuenerit
egritudo feria v. ante pascha eis remittendum romane ecclesie
consuetudo demonstrat. Post hoc egreditur penitens mane de
loco ubi penitentiam gessit. & in gremio ecclesie presentatur prostrato
omni corpore in terra. tunc decantantur hi psalmi. Miserere mei
deus cum antiphona. Cor mundum. Deinde kyrieleison. & pater noster. capitu
la & preces. Saluum fac seruum tuum. Conuertere domine. Mittat tibi
dominus. Illustra faciem tuam. Domine uide humilitatem. Exaudi me domine quoniam
benigna est misericordia tua. OR. Adesto domine supplicationibus
nostris & me qui etiam primus indigeo misericordia tua & reliqua. AL.
Presta quesumus domine huic famulo tuo dignum penitentie fructum. ALIA.
Deus humani generis benignissime conditor & misericordissime
reformator. AL. Deus sub cuius oculis omne cor trepidat. omnesque
conscientiae contremescunt. & reliqua. Post haec uero amoueatur
a sacerdote ut quod penitendo diluit iterando non repetat. MISSA
unde supra. A. Ego autem in domino speraui. OR. Omnipotens sempiterne deus confiten
tibus huic famulo. LECT. Querite dominum dum inueniri potest. GR. De necessi
tatibus. EUG. Subleuatis ihesus oculis in celum. OF. Factus est dominus firmamen
tum meum. SECR. Virtutum celestium deus de cuius gratie rore descendit. CO. Inlu
mina faciem tuam. AD CO. Concede quesumus domine ut perceptum noui sacramenti
mysterium. Eodem die altaria templi & parietes siue pauim

ti ecclæ lauant͡ & uasa dño sacrata purificent͡. Quãuis forma
tui possit congruere lauatio eorx. tam non de ē aliquid misticum.
Parietes domi uocabulum hñt ecclæ. quia continet ecclam. nam
sunt ipsa eccla. ac p hoc quia eccla conuocatio interptatur. ho
mines sunt eccla non parietes domus. Qui tamen pptra scificant͡
ab epo. ut in eis inuitet͡ aduentus angelox. & homines in ea intrantes ab omi
turpiloquio et scurrilitate nouerint se continere. ut audiant quod
moyses audiuit qdo uoluit uidere rubum ardente. Solue calcia
mentũ de pedibus tuis. locus enim in quo stas terra sca est. Calciamta
que ex mortuis animalib; fiunt. ueteris hominis peccata signf.
Intrantes nos in loca sca ubi dns ē et angli eius. exuamin nos hs cal
ciamentis & ea q̄ sunt dñi cogitemus. Pauimentũ ecclæ auditores
magistrorx sunt. Lauatio domi q nuncupatiue eccla dr. signũ est
lauationis pedũ frm. Lauatio pedũ frm signũ ē remissionis pecca
torx. siue qdo a domino remittunt͡. seu inuicē a nob ipsis. Hodie chris
ma conficitur & consecrat͡. Unde xps id unctus a crismate appellatur.
Ungentũ istud moyses primũ in exodo iubente dño cõposuit. quo p
ma aaron et filii ei in testimoniũ sacerdocii et scitatis puncti sunt.
Deinde quoq; reges eodem crismate sacrabant͡. Unde et xpi nuncu
pantur. ut illud. Nolite tangere xpos meos. Erat q eo tempr
tantũ in regib; et sacerdotib; mystica unctio. Sed postq dns nr
uerus rex & sacerd æternus a dõ patre celesti hoc ē mystico est
delibutus ungento. Iam nõ soli reges et pontifices. s; omis eccla

unctione chirsmatis consecratur; p eo qd menbrū ē aeterni regis et
sacerdotis. Conficit' enim ex oleo mundissimo & opobalsamo quia genus
regale et sacerdole sumus. Ideo post lauachrū ungimur ut xp̄i
nomine censeamur. Chrismat enim unctio sc̄ificat iam uiuentem
ex mortuis. et ideo f̄r. v. conficit'. quia. v. aetate mundi ad nos xp̄c
uenisse phibetur. siue qd ante biduum pasch maria caput ac pedes
dn̄i p unxit. Benedicitur oleum p infirmo. quia passio dn̄i aucto
rem mortis destruxit. Gr̄a eius q significat' p olei unctione arma
eiq sunt peccata cottidiana destruit. iacobo adtestante. Oratio
fidei saluab infirmum. & si in peccatis sit dimittuntur ei. Cuius sig
num ē olei unctio. Eadem die hora nona scilicet qdo dies sunt lon
giores. seu hora. v. qdo breuiores. excutitur ignis de lapide in loco
foris basilicam. & inluminatur candela. de quo igne nouo inlu
minatur a mansionario ecclae lampas una. & seruatur usq;
in sabb scm ad inluminandū cereum. qui eodem die ē benedi
cendus. de quo in sabb sc̄o dicendum ē. Sup scripta uero candelam
inluminatam ponit mansionarius in summitate canne. ita
ut respiciat ecclam qs ingressuri; p sequente eum populo cum summo
silentio atq; inclinatione. Ipsa uero eccla absq; lumine erit.
Custodes autem lampades. vii. ante altare ita preparatas
habeant. ut absq; ullo inpedimento cuius cumq; retardationis
manu mansionarii cum eadem candela possint accendi. Dein
ceps uero a custodib; omni lumine decoretur eccla. et sicut

isto die taxauimus sic et fr. vi. atq. sabbato. Eo ordine ut aman
sionario fr. v. porretur. fr. vi. ab archid. sabbato ab epo iuniore.
In coenobiis uero fr. v. a custode aeccle. fr. vi. a ppos. Sabbato ab
bate. Post illuminationē uero aecclae. inchoatur ad missam. AN.
Nos autem. Interim egreditur pontifex de sacrario cum diaco
nib; dalmaticatis. et. vii. cereostatis ante eum sicut in die
sollempni cum omī scilicet ornatu. Dum transierit p medium
scole. Annuit illi ut dicat glīam. Ante quero ascendat ad alta
re dat pacem pori epo. & ppri prbo. deinde diaconibus.
Ueniensq. ante altare inclinat se ad orationē. pstratus in terra
usq. ad uersum repetendum. Quo finito dr̄ kyrie eleison.
Deinde dns uobiscum. & pagitur missa. Ipso die ita conficitur
crisma. In ultimo ad missam ante qd dicatur p quem haec omā
dne semp bona creas. Leuatur de ampullis quas offerunt populi.
& benedic tam domnī papa quam omīs prbri. Deinde sequitur ex
orcismus olei. His expletis seqtur oratio domica. Libera nos
qs dne. Pax dni. & agnus di. et communicat sol ponti
fex. et redit ad sedem suam. & sequitur ad co. Dns ihc pquā cenauit
ps Beati inmaculati. Ad repetendum quantum necesse erit.
Interim communicat clerus seu omnis popls. Sequitur ad conplen
dū orat. Hac expleta dicit diaconus Ite missa ē. Cui subsequuntur
uespere ut in antiphonario continetr. De eod uero die legitr in ordi
nibus qd reseruandū sit de corpore dni ad comunicandum in

crastinum . aug ad ianuarium · Sunt qui cottidie eucharistiā uolunt
sumere. & quia in parasceue non conficitur corpus dni . necesse ē ut
hi quibus ē uoluntas communicandi habeant sacrificium de priori
die · Ad tam romani non faciunt · In isto eni die consumat agnus
typicus . consumatq; modus communicationis . & illud uet sacramtu
p calicē quem porrexit discipulis suis . dō gras agendo quod uetera
transitura & uentura noua que debem expectare usq; in resurrectio
nē dni · Dix eni dns · Non bibā de hoc genimine uitis . usq; in diē illū
& cetera · Dein transit ad conuiuium ex quo cena dni uocat · Cena
eni dominica dicit . eo qd ipse dns cū discipulis & pascha fecerit · Hoc
aut ordine factū est · Circa uesperū uero caena facta . id parata .
& ad conuiuantiū mensā usq; p ducta . non transacta neq; finita .
surgit inde a caena & ponit uestimenta sua . & cū accepiss& linteū
pcinxit se · Deinde misit aquā in peluim · Uenensq; primū ad petrū
cepit lauare pedes eius . & extergere linteo quo erat pcinctus . &
discipulorum · Cui dixit petrus · Dne . tu mihi lauas pedes . Et dns
ait · Quod ego facio tu nescis modo . scies aut postea . & reliq ·
Postquam autē lauit pedes eorum . recubuit iterx . adhuc eni cena
bat · Cū dns surrexit & lauit pedes eorum . nā postea recubuit
& buccellā suo traditori postea dedit · Erat enim iam nox ·
Utiq; nondum finita cena . hoc ē . dum adhuc panis in mensa ess& .
post pauca ait discipulis · Si ego laui uros pedes . & ceta . usq; & uos
ita faciatis · Aliqui enim uiri religiosi sumunt prius paru & postea

lauant pedes. deinde caenant. Hoc imbuti exemplo fideles xpiani
non dedignantur facere conseruis suis. quod xpc fec discipulis.
hoc e pedes omnium lauare. tam pauperum quam peregrinoru. &
aliqd de copus suis tribuere. Et qui hoc non ual& debitu sibi pximis
relax&. quatinus illi remittatur incaelo. Ipse eni nob cotidie lauat
pedes. qui interpellat p nob. Ipsum eni signum lauatio pauimtor
aecclae. In lauatione pedu decantant hae antiphone. Postquam
surrexit dns. Si ego d. Dns ihc. mandatu nouu. In hoc cognoscent
O diligam nos. In diebs illis. Caritas e. His finitis. nudantur altaria
iam circa nocte. & sic pmanent usq. ad sabbatu scm. Altare
xpm significat qui tunc nudatus e a uestimentis. hoc e a discipulis
quando relicto eo oms fugerunt. In hac enim nocte xpc ueteri
lege finem dat. quae non soluebat peccata sed puniebat. Dat
initium noui testamenti. p quod peccata absoluuntur. Ab hac
enim nocte usq. sabbatum scm non nulli serui di imitantes aptos
ieium pmanent. Aliqui uero contenti sunt pane tantu & herbis.
atq. legumine siue sicera. FER. VI. IN PARASCEUE.

Parasceue. pparatio interptat. quae & vi sabbati dicit. in hoc
enim die pparant iudei quae in sabbato erunt necessaria. iuxta qd
de manna pceptu e. vi. die colligetis duplu. & ideo in sollemnitate
habet. quia eo die xpc misteriu crucis expleuit. pp qd in
hunc mundu uenerat. ut qui a ligno p cussi fueramus in adam.
rursu p ligni mysterium sanarem. Huius eni causa triumphi.

humana possibilitas xpo p omne mundu celebritate annuam
pb& . p eo qd dignatus e sanguine passionis sue redimere peccatu
mundi . & per crucem morte deuicta absoluere · Tripertita autem
ratio dominicae passionis ostenditur · Prima . ut xpc p reatu mun
di redemptio daretur . & hostis antiquus uelut amo crucis caperetur .
scilicet ut quos obsorbuerat euomeret . non potentia uictus sed
iustitia · Secunda causa e . ut secutorib hominib uitae magis
teriu pberet . adhoc eni ascendit incruce . ut p nobis passionis
& resurrectionis pber& exemplum · Tertia causa e . susceptae crucis .
ut superbia scli . & inflata sapientia . p crucis stulta ut putatur
pdicationem . humiliata corrueret . ut pater& qd stultum di e
quantu sit sapientius hominib · Cur aute hodie missa non
cantat sed neq in sabbato sco . donec ad uigilias noctis . scs innocen
tius papa in decretalib dicit · Isto biduo sacramenta penitus nec
lebrari . quia p cussus e pastor & oues gregis dissipatae sunt . seu qd
aptos quos imitari debemus · Isto biduo in tristitia & merore fuisse .
& ieiunos usq in resurrectione p mansisse credimus · In ipso aut
die hora . v . deportatur lumen ut supra ab archidiacono seu
pposito . & illuminantur lampades . vii . Pontifex autem seu
clerus atq populus pcedunt ad aecclam · Interi uero egreditur
archidiaconus cum aliis diaconib de sacrario . induti scilic&
planetis fuscis . & duo cereostata ante ipsos cu cereis accensis . pro
cedentes usq ad altare cum silentio . & oratione completa .

Atq; osculato altari . uadunt ad sede pontificis more solito . Deinde
Annuit archidiaconus subdiacono ut legatur lectio prima .
Sequitur resp. Dne audiui . Iste respons cu .iiii. uersibus signf xpm .
qui .iiii. elementa in effigie hominis assumpsit . Illa eni pendebant
in cruce . int duo animalia . hoc e inter duos latrones . Sequitur alia
lect . Deinde sequitur more romano tract Qui habitat . Require in
initio xl . Iste tractus trahit nos ad longitudine uite aeternae .
In qua salutare di hoc e xpm quem nefandissimi iudei in cruce
positu hodie uiderunt . & nos credimus uisuros facie ad faciem
in aeternitate sua . Canunt hic aliqui tractu in prime copilatu .
Eripe me dne ab homine malo . Sequitur absq; salutatione passio
dni . Hac expleta stati uero diacones nudant altare sindone
que prius fuerat sub euangelio posita in modum furantis .
Aliqui uero antequa legatur passio . pparant duas syndones sibi inui
ce parump coherentes . & in eo uersu ubi legitur partiti sunt uesti
menta mea sibi . scindunt hinc inde ipsas syndones desup altari
in modu furantis & secum auferunt . Quia altare xpm signf .
& aptos uestimenta ipsius . conuenit ut subtus euanglm aliqd
iaceat ob honestate . Quo sublato . rapitur quod subiectu fuerit .
quia debito xpo int manus iniquoru apti fugerunt . P syndone
uero potest intellegi iohannes q pseuerauit cum dno usq; ad cruce .
& postea se occultauit . Notandu e eni quia in romana aeccla
extinguitur totus ignis in .vi. feria & reaccenditur . In hoc facto

imitatur ignis fotus et conseruatur per congesta lignorum· principale
id est solem corporeum qui ab humanis obtutibus se abscondit tem
pore passionis a sexta hora usque ad nonam· ne suo lumine fruerentur·
qui male gaudebant de ignominia domini sui· hac causa extinguitur
in sexta feria· vi hora· et renouatur circa horam nonam· Inter quae
conuenit ut his horis haec recolantur quibus tunc gesta sunt· Mox
sequuntur orationes sollennes ad hierasolis· Sollemnes dicuntur
quia ab omnibus sollemniter debent caelebrari· Fit in eis
mentio omnium fidelium et infidelium· nec abre est quod pendente
domino in cruce· et iudeis illi insultantibus pro ipsis orauerit·
Ex hoc et nos ad memoriam reducamus· quod quando aliquid moles
te patimur aut ab inimicis persequimur· ad orationem ilico confu
gere debeamus pro periculis huius uitae· et pro hereticis et paganis·
et per omnes alias orationes genu flectimus et per hunc habitum corporis·
mentis humilitatem attendamus· excepto quando pro perfidis iu
deis oramus· Illi enim genu flectebant domino opus bonum male
operantes· quia illudendo hoc faciebant· Nos ad demonstran
dum quia fugere debemus opera quae simulando fiunt· uitamus
genuflexionem pro iudeis· Deinde pontifex ueniens ante altare·
siue ut in alio ordine legitur transiens in dextera parte ecclesiae
infra thronum· dicit oremus· et diaconus flectamus genua; item diaconus leuate·
et pontifex dat orationem sic in sacramentario continetur· His finitis
omnes exeunt foras· apostolico hoc agente· nos horam nonam inchoamus·

Circa uesperum uero in omib; ecctis prbrorum · seu episcoporum atq; ceno
bioru · preparat crux ante altare · & sustentat hinc inde aduobus
acolitis · Posita aut ea in oratio · uen pontifex solus · et adorata deosculet
cruce · deinde prbri · et diac · et ceteri p ordinem · deinde popul · Pontifex
uero sedet in sede donec oms salutent · Prbi uero duo priores salutata
cruce intrant in sacrariu et defer corp dni qd pridie remansit · ponentes illud
in patena · et subdiacon ten& ante ipsos calice cu uino n consecrato ·
& alter subdiacon patena cu supradicto corpore dni · a quib; accipiunt
prbri patena et calice et ponent sup altare nudatu ; pontifex uero
sedet du salutat popul cruce · Salutante eni pontifice pus seu populo ·
cantat antiph · Ecce lignu · Ps · Beati inmacul · Al · Cruce tua · Ps · Ds misere
atur nri · Al · Du fabricator mund · Quando hanc cruce adoram · ome
corp nrm hereat terre · & ipsu que adoram quasi pendente in ea mte
cernam uirtutemq; qua accepit a di filio ipsa adoram · psternimur
corpore ante cruce · mte ante dm · Veneram cruce p qua redempti sum ·
& illu depcamur qui redemit · Qui uero n possunt habere de ligno dni ·
salua fide adorant illa qua habent · De qb; uenerationib; q conueniunt ·
p singul orationes supiores · beat Iho crisostom int cetra sic dr ·
Crux eccle fundamtu · atq; orb tre cautela · Crux annuntiatio aplorum ·
glatio martyru · spes xpianorum · Crux gaudiu sacerdotu · uirginu castitas ·
monachorum abstinentia · Crux imp · philosoph · & regnu magnificentia ·
seu destructio supborum · Crux egrotantiu medicus · nauigantiu
gubernator · atq; periclitantium portus · Crux insensatorum

sapientia · atq; libertas seruorū · Crux scandalū iudeorū · atq; perditio
impiorū · Crux templorū destructio · & repulsio idolorū · Qua salutata ·
et reposita in loco suo · ueniat pontifex ante altare et dicat · preceptis
salutaribus moniti · Pater noster · libera nos · Cum uero dixerint amen ·
sumit de pane sc̄o et ponit in calicem silendo; Pax dn̄i n̄ dicit · quia n̄
sequuntur oscula circumstantiū · Scificatur aut̄ uinū n̄ c̄secratū · p scifi
catum pane; tunc comunicant om̄s cū silentio · et expleta s̄ uniuersa;
De hac aut̄ comunicatione utrū debeat fieri supra relatū ē · Deniq; petente
hodie corpus dn̄i ioseph sero · et aspicientibus mulierib; usq; sepulto ·
reuertentes emer aromata et unguenta · & sabbato sequente propter man
datū siluerunt · parantesque aromata mane ut ungerent corpus dn̄i
uenerunt · In die parasceue ideo n̄ cantat missa · quia ipsa die dn̄s ihc̄ xpc̄
se ipsum obtulit hostiā dō patri p nobis · & ipsa oblatio sufficit ad salutē
credentiū · Tenebre ideo luminum extinctione figurantur · quia
tunc uera lux mundi occubuit · et tenebre totū mundū operuerunt ·
Quod uero ipso die pannus scinditur · hoc portendere uidetur ·
quod et pictura in parietibus expressa · Uidelicet ut semper recolamus
dn̄m p nob̄ passū · et uestimenta eius fuisse diuisa · n̄ inmerito uno
die et duabus noctib; dn̄s in sepulchro iacuit · quia uidelicet lucem
suae simple mortis · tenebris duple n̄rę mortis adiunxit · Ad nos
quippe uenit · qui in morte sp̄s carnisq; et animę tenebam̄ · Unam ad
nos sua id est carnis morte detulit · et duas nostras quas recepit soluit;
Si eni utramq; susciperet · nos a nulla liberaret · sed una misericorditer

accepit · & iussit utramquamque dispensauit · Simplam sua duplae nostrae con
tulit · & duplam nostra moriens subegit ·

Questio cur natalicia sanctorum in laetitia . parasceuen uero in tristitia celebremus ·

Questionem a tua dilectione mihi propositam · eo difficilius aggredior elucidandam · quo hanc nec in patrum scriptis expositam hactenus repperi · nec magistrorum traditione percepi · sed nec ab ullo quesita audiui · Vnde totiens te rogante distuli · quia nec tibi nec cuiquam aliquid dicere uolui quod non euidenti ratione · aut scripturarum auctoritate possem probare · Quid autem mihi exinde uideatur · uiua uoce ut cumque tibi nisus sum explanare · ut sic me subducere ab hac scrupulositate; Cum enim dicat salomon · Altiora te ne scrutaueris & cetera · Uereor illa appetere · ad quae tenuitas ingenioli mei non ualet assumere · Modulum enim suum unumquemque considerare prudens nos admonet lyricus dicens · Est quodam prodire tenus · sed non datur ultra · Cum ergo huius rei audientiam tibi sufficere dixisse · causatus es fragilem esse humanae mentis memoriam · Nec audita diu retinere et ob hoc litteras esse repetas quibus oblita per incuriam · possit recuperare per diligentiam · Et ideo acri instituisti · ut haec tibi qualicumque stilo litteris mandata contraderem · Siquid ergo ineptum processerit · non meae temeritati · sed tuae iustius imputabit importunitati · Quamquam haut scio utrum na quod sentio uerbis ualeam explicare · Queris igitur cum sanctorum dies quibus de hoc seculo migrauerunt sollemniter et cum magna exultatione caelebremus ·

adeo ut in ipsis abstinentiae aliquantulum rigore laxato paululum
remissius uiuamus. Cur diem passionis xpi quo de hoc mundo per
morte transiit. sic euanglm testatur inmagna afflictione. et carnis
maceratione. cordisq; contritione iubeamur celebrare. que ut ais oportu
erat tanto sublimius. tantoq; festiuius. immo alacrius excolere. quanto
constat xpm scorum omniu meritu transcendere. Quod ut autumo
recte diceretur. iusteque dies illa cunctis festiuitatib; sollemnior
haberetur. ac iocundius celebraretur. Si xps ut purus homo per
temporalem morte adea glam transisset. qua antea nuqua habuisset.
Iure enim ei glę congauderemus. q eum per morte consecutu fuisse sciremus.
At uero cu sciamus xpm di filiu ante omia scla semper existere gloriosu.
eiusq; glam sicut nec minui. ita nec augeri posse. eundem tamen
pro nra redemptione tantu se humiliasse. ut non solum nostrę carnis
morticinu dignaretur assumere. ueru etia qui erat inmortalis insua
natura mori dignaretur innostra. Inqua morte plus humiliatus
uidet qua exaltatus. & qui nulla sui necessitate sed benigna et sponta
nea uoluntate. Nec pro se ut pote qui morti nil debuit sed pro nobis
qui morti eramus obnoxii sustinuit. Iustu e ut hi pro quibus passus
e inpassibilis. cu omi huius tempore scli tu pcipue indie sue passi
onis ei compatiantur; pro se dolenti condoleant. pro se tristanti
tristitiae uicem rependunt. Amore pro se morientis. In hac potissi
mum die abomni carnis delectatione semetipsos comortificent.
Si enim iuxta apostolum uno aliquo dolente membro.

condolent reliqua. Quanto magis summo patiente mebro idest capite.
quo reguntur omnia membra. compati debent illa q abeo regunt mebra.
Xpi autē membra esse credentes meū. ipsumq caput omiu in se credentium.
nullus ignorat fidelium. Sicut econtra iniqui membra sunt diaboli.
Inter q praecipuum locum tenent iudei persecutores xpi. quos luce
clarius cstat inuidiose gauisos fuisse inmorte xpi. Sic econtra aptos
qui sunt pcipua membra xpi amorabiliter contristatos de iniusta
nece xpi. Quod si nos inter mebra xpi. t ultimos cfidimus deputari.
Debemus cu sublimiorib; mebris illius inpassione capitis nostri ctristari.
Ne si in hac die corporali laetitiae uoluerimus uacare.
non cum apostolis xpm amare. sed cu iudeis uideamur ei morti insultare.
Atq ideo qd consequens ē. n inter mebra xpi qui nolumus imitari. sed
potius inter mebra diaboli quibus uidemur cletari mereamr iure quod
absit coputari. Tristemur ergo inmorte xpi cu aplis. ut mereamur
inresurrectione eius gaudere cu illis. Doleamus exultantib; iniquis
ut postmodu gaudeamus lugentib; illis. Iudei naq sic in eius morte
gauisi. ita pbantur in eius resurrectione tristari; Ecce ut potui pau
cis enucleaui. cur diem passionis xpi in afflictione carnis et ctritione
cordis conueniat caelebrari. quamuis uerba non subpeditauerint
quibus quod sentio exprimere ualeo. Res nunc p mi facundia
linguae dno largiente sufficerit. itidem breuiter expedire. Cur
scoz dies quib; ab hoc sclo transeunt. summis laudib; & magna reco
lamus alacritate. Ubi primu recolendu censeo omis xpianos

in xpo fratres esse · ipso dno cunctis in se credentib; sic prestante · Patrem nolite
uocare uobis sup terram · Unus est eni pat ur · oms autem uos fratres estis ·
Oms itaq; qui iam de hoc mundo recesserunt · siue qui futuri sunt usque ad fine
seculi credentes in xpo · frs et ueraciter constat · ut pote una baptisma
tis regeneratione in xpo renatos · unius matris aecclae uberibus
educatos · unius fidei uinculo tamquam dulcissime fraternitatis
affinitate conexos · ad unam eandemque caelestis regni hereditate
ab eodem piissimo patre do · pia adoptione uocatos ·
Debemus itaque omia quae nobis acciderint · fraterno affectu
inuicem communicare idest & in aduersis pariter contristari · & in
prosperis communiter congratulari; Notum autem habet omis qui
uere xpianus est scos cum ab hac corruptibili uita decedunt · ad
meliorem idest incorruptibilem & interminabilem transmigrare · scilicet
de tenebris ad lucem perpetuam · de merore ad gaudium sempiternu · de labore ad requiem perennem · De carcere ad libertatem ·
de seruitute ad regnum · unde et mos ecclesiasticus
obtinuit dies illos non funebres · sed natalios appellare ·
Iure enim nasci dicuntur · qui de pressuris huius mundi tamqua de
angustiis cuiusdam artissimi uentris ad illam spaciosissima
& lucidissima caelestis habitationis emittuntur altitudinem ·
Si ergo nos eoru fratres esse psumimus quos ita glorificatos aspicimus ·
dignu e ut eoru felicitati congratulemur · & eoru laetitiae
conlaetemur · fratru nostroru glae congaudeamus eorumq; triumphis

quibus per diuinum auxilium diabolum uicerunt & seculum. dignis laudib;
celestes eorum natales debita alacritate ueneremur. Nam si eos lugu
briter aut cum merore transigamus. dulci redarguemur errore. quia
uidemur aut non credere eos ad gloriam transisse et ideo quasi mor
tuos lugere. aut si scimus eos felicitati donatos & non congratulemur
glorie eorum inuidere conuincimur; et cum antiquos natalicia sua uel
suorum affinium quibus inhanc miseram effusi sunt uitam tanta alacritate
inuenimus celebrasse. ut nihil etiam omni corporee uoluptati licenter
operam darent. quanta nos spiritali hilaritate sanctorum patrum natalitia
conuenit caelebrare. qui iam admiserias nascuntur. sed
de miseriis ad gaudia transeunt sine fine possidenda. Non nos
corporalibus illecebris resoluentes. ut faciebant pagani. uerum
canticis spiritalibus ymnisque celestib; in xpo tripudiantes ut xpiani.
Quamuis nondenegemus etiam corporaliter aliquantulum
remissius quam ceteris esse uiuendum propter quosdam ut reor hebeciores
qui nihil putant esse festiuum nisi quod uiderint corporali delec
tatione mellitum. Sane est quia sanctos eosdem adhanc quam diximus felici
tatem per afflictionem non ignoramus peruenisse temporalem. Necesse est ut sic
eorum eterne congaudemus laetitie. sic temporali quoque illorum
compatiamur angustie quatinus per omnia eorum sequentes uestigia. ad
eadem illis intercedentib; mereamur pertingere gaudia. ad quod
signandum precedentib; eadem natalitia diebus quas uulgo uigilias
eorum appellamus solito parcius uescentes. Eadem sollemnia

debitis ieiuniorũ obsequiis & maceratione carnis deuote preuenimus.
ut p pridianam purificati abstinentiã dignius cęlebremus sequentis
festi laetitiã. Unde & in officii missę earundem uigiliarũ festiuis
simũ alleluiaticũ melos intermittimus sicut ieiuniorũ dieb; nisi forte
dominica dies fuerit quã nullo tempore ieiunare. sed semp festiuam
esse dominicę resurrectionis auctoritas cogit. Quod utruq; & pre
cedentem totius ęcclę scõr afflictioni compassione et sequentem
de eorũ glã exultationem. dñs in euglõ sub specie mulieris parabo
lice designat. cũ eã parturientē asserit tristari. cũ autem peperit
inmensũ gratulari. Qua enim parturire dicimus ante partũ anxiari.
parere autem partũ effundere. ure mulier per quã scã figurat
ęccla. cũ parturit dicit dolore. quia cũ filios suos quos fide concepit
ante quã in aeterna pariat uitam diuersis tribulationib; ab impiis
impendi conspicit. tamquã difficultate pariendi angustiata magnis
doloribus ingemiscit. Cum uero eos quos ita parturierat de huius
mundi angustiis ad cęleste pepererit regnum. dici ñ potest
quantũ de felicissimo filiorũ partu tripudiat. Quod primitiua
ęccla quidem persecutionis tempore historialiter agebat. sed ea
q̃ nunc est a xpo pace iam reddita. pia emulatione spitalit rep
sentat. Preteritos igitur parturitionis eius dolores in uigiliis scõr
ieiuniis. & afflictione carnis imitemur. sequente uero ei enixe
alacritatē ipsius iocunditatę festiuitatis emulamur. Importunitati
tuę dulcissime fili & si non ut debui. ut potui tam facere satis

institi· quaqua difficultate questionis cogente uerbosior forsitan extiti;

SABBATO SCO · UIGILIA PASCHAE ·

Sabbati paschalis ueneratio hinc celebrat(ur)· eo quod ipso die dns in sepul
chro quieuit · unde hebraice requies· siue qd eo die mundo pfecto requi
euit · Hic aut dies inter morte xpi et resurrectione medius est ·
significans quandam requiem animaru abomi labore post mortem ·
p qsm transitus per resurrectione carnis ad illa uita q xpc dns
sua resurrectione premonstrare dignatus e · et quia in tanta uenera
tione abomibus xpianis excolitur · seu qd usq ad medium noctis
uigiliae extenduntur · scs ieronimus ita docet · Traditio aplorum e t iude
oru xpm media nocte uenturu in similitudine egyptii temporis ·
quando pascha celebratu e · Unde reor & traditione aplica pman
sisse · ut die uigiliaru pasche ante noctis mediu populos dimitti
n liceat · expectantes aduentu xpi · Postqua uero illud temp transierit ·
securitate psumpta festu cunctis agere diem · Manifestat et hoc
benedictio cerei · Haec nox e · et in oratione misse · Ds qui hanc sacratis
sima nocte · et rlq · In romana etenim eccla infra urbem mane primo
sabbati · uenit archidiacon in aecclam & fundit ceram in uase
mundo & miscitat in ea oleum · inde benedicit cera · et ex ea
fundit similitudine agnorum · et seruat eos in loco mundo ·
In octauis pasche dantur ipsi agni ab archidiacono post missas
in eccla et communione populo · et ex eis faciunt in domib; suis
accendi incensu & ad fumigandum in domib; pro quacumq eis necessitate

euenerit · Similiter insuburbanis ciuitatibus deoleo faciunt ·
Agni quos romani faciunt · agnu p nobis factu immolandu designant ·
Omib; eni rebus xpc nob admemoria frequentius reducendum est ·
Quib; scs gregorius oleu instituit quando misteria paschalis agni
reserauit · Quod anobis cereus benedicitur · Zosimus papa instituit ·
significat enim dnm qui pcedebat filios israhel incolumna ignis ·
Cera humanitatem xpi designat · Mel quippe incera e · diuinitas
inhumanitate · Concordat cereus hic insignificatione cu coluna
ignis q illuminabat populu isrl innocte · ut illud inipsa bene
dictione · Sed iam colune huius pconia nouimus · Coluna illa xpm
significabat · Illa coluna pcedebat filios isrl · nra coluna id cereus
pced catecuminos nros · Lum ipsius xpm significat · quo & psens
nox inlustrat gra scilicet resurrectionis · & catecumini adbaptismu uen
turi ; Qd adiacono benedicit · more seqm romanu · ineo eni archidi
acon confic agnos · Qui cereus per viii dies neophitoru pcedit
pontifice · qui e caput populi · quia coluna ignis pcessit populu usq;
ad tra repmissionis · Ipso die hora vii · pcedunt oms ad ecclam & de
portatur lum ab epo siue abbate psequente eu populo sic supra
ut illuminant vii lampades · Cereus uero q benedicend e ia debet esse
pparat inmedio eccle · cgregato hincinde omi clero scu poto · Deind
ueniens archidiacon fac cruce ineo · & illuminat illu de nouo igne
atq; copletur abeo bened cerei · Prima quasi inmodu legentis ita ·
Exultet ia angelica turba celox · et rlq · Scda decantanda e inmodu

p̄fationis. Cereo benedicto. ilico illuminant ab eo d̄e alii cerei. duo.

Cereus accenditur statura hominis habentes. Cereus qui nouo igne accenditur. nouam
xp̄i doctrina siue gr̄am in nouo testam̄to. nouaq; gr̄am qua nox
dominica illustrat designat. Duo qui illuminant ab eo. doctrinam
ap̄lox q̇b; dr̄. Uos estis lux mundi. Quod eni caticuminos p̄cedunt
ad baptismu. signf hoc qd columna ignis p̄cedebat filios israhel
ante qua mare rubru transirent. ibi etia figuralit̄ initium sumpsit

Moyses baptizat baptismus. Baptizauit inquit moyses in nube et in mari.
Habuit ergo mare forma baptismi nubes sps sci. manna uero
panis uite. Deinde uero baptizau iohannes in penitentia. Post hunc
xpc p̄fectu baptizau baptismu hoc ē in spu sc̄o et igne. Tria etenī
genera s̄ baptismi. Primu quo sordes peccatox p lauacru abluunt.
Scdm quo quis sanguine suo p martiriu baptizat. quo etia xpc bapti
zari dignat ē. Tertiu lauacru. quib; dd̄ et minuit misericordia
consecuti sunt. Deniq; in baptismo. vii gradus s̄. tres in descensu.
p̄pter tria quoq; renuntiam. tres alii in ascensu. p̄pt tria quoq; c̄fitem.
Septimi uero q̄ quartus. similis filio hominis. extinguens forna esse
ignis. Lectiones itaq; quatuor q̄ secuntur ante baptismu cu canticis
seu orationibus ad instructione caticuminox atq; neophitorum
pertinent. Quod uero n̄ p̄nuntiant in capite ut alie lect. sicuti est.
lect lib gens. siue exodi. & cetera p ordine. Hec ratio ē. dic paul.

Caticumini Sapientib; et insipientib; debitor su. Caticumini insipientib; coparant.
ideo eis lect̄s dissimilit pronuntiantur. ut reducatur ad memoria

cecitas cordis eorũ qui nondũ cognoscunt ciues cęlestis hierusalem·
Frustra eis pronuntiatur auctor incognitus· q̇b; firmissima auctoritas
potest uilescere p̃ ignorantiã· Ante quã eni legantur lect· accipiunt
duo notarii sup̃ scriptos cereos accensos· et tenent illos unus indextro
cornu altaris alt̃ insinistro usq; adfontes· Deind̃ ascendit lector adlegendũ
absq; p̃nuntiatione; Lectio· I· ex libro geneseos· ita inchoat̃· Inprincipio
creauit ds̃ cęlũ et t̃rã· Sequitur oratio absq; salutatione· Ds̃ quimira
bilit̃· Lectio· II· Ex libro exodi· Factũ est inuigilia· Cantica·
Cantemus dño· OR· Ds̃ cui antiqua miracula· Lect· III· esaię p̃ph·
Adp̃hendent· VII· mulieres· CANT· Vinea facta ẽ· OR· Ds̃ qui nos adcę
lebrandũ· Lect· IIII· esaię p̃ph· Hęc ẽ hereditas· Cantic· Adtende caelũ·
OR· Ds̃ qui ecclam tuã· De psalmo xli· CANT· Sicut ceruus· OR· Concede qs̃·
Alia orat̃· ineodem psalmo xLI· Omps̃ sempit̃ne ds̃· Finitis lectionibus·
descendũ ẽ ad baptizandũ· Qua hora baptismus hodie debeat
cęlebrari siue pentecost̃· uel quid sacerdotes neophitis p̃dicent·
hic parũp intimandũ ẽ· Primo paganus ut catecuminus fiat·
Accedens adbaptismũ renuntiet maligno sp̃ui et omnibus
dampnosis eius pompis· Exsufflatur etiã ut fugato diabolo· xp̃o
dño paretur introitus· Exorcizatur· id coniurat̃ malignus sp̃s·
ut exeat· et recedat dans locũ dõ uero· Catecuminus audiens
siue auditor salem accipit· ut putrida et fluxa ei peccata·
sapientiae sale diuino munere mundent̃· Deind̃ simboli ap̃lici
traditur ei fides· ut uacua domus et aprisco habitatore derelicta·

fide ornetur. et pparet habitatio dō. Fiunt scrutinia ut exploretur
sepius. an post renuntiatione satanę sacra uerba date fidei radicitus
corde fixerint. Tangunt et nares. ut quamdiu spm narib; trahat.
in fide accepta perduret. Pectus quoq; eodem oleo perungitur.
ut signo scę crucis diaboli claudatur ingressus. Signantur et scapulae.
ut undique muniatur. Item inpectoris unctione signatur
fidei firmitas. et operum bonoru perseuerantia. Deinde scę trinitatis
trina submersione baptizatur. et recte homo qui adimaginem scę
trinitatis ē conditus. p inuocatione scę trinitatis adeandem
renouatur imaginem. et qui tercio gradu peccati .i. consensu cecidit
inmortem. tercio eleuatus de fonte. per gram surgat ad uitam.
Deinde albis induitur uestimentis ppt gram regenerationis. et castitate
uitę et angelicis splendoris decore. Tunc sacro chrismate caput
perungitur. et mystico tegitur uelamine. ut intellegat se diadema
regni & sacerdotii dignitate portare. iuxta apostolum. Uos estis
genus electu regale et sacerdotale offerentes uosmetipsos dō uiuo
ostiam scam et dō placente. Si corpore et sanguine dominico confir
matur ut illius capitis sit membru qui pro passus ē et resurrexit.
Nouissime per impositione manus asummo sacerdote septiformis
grę spm accepit. ut roboretur p spm scm ad predicandum aliis.
qui fuit inbaptismo p gram uitę donatus ęternę. Hodie autem
hora nona baptismus celebratur sicut inpentecoste. ea de causa.
quia angelus dni uenit ad corneliu hora nona adnuntians ei quod

orationes eius ac elemosine ascenderint in conspectu dni · qui mox misit
ad petru et pmeruit sacramentu baptismi · Sed et hoc decentissimu e
ut quia hora nona auctor uite emisit spm · eadem hora nona
eccla sca percipiat scm baptisma · Quod uero n liceat pter hodie ·
& pentecostes generaliter baptismu celebrari · scs leo papa satis dene
gat · nisi forte infirmitas int fuerit · Neq; hoc omittendu e qd romani
infra · xl · sex scrutinia celebrant · et hodie · vii · In isto septenario
intellegunt vii dona sps sci in baptismate data · Post hora denique
quarta sabb pparant ad ecclam q baptizandi s simul cu patrinis et
matrinis · et ordinant ab acolito masculi ad dextera · femine uero
ad sinistra · et tunc qui possunt reddunt oratione dominica et
simbolu · siue patrini pipsis atq; matrine eor q eos suscepturi sunt ·
Deind fac prbr cu pollice in frontib; eor signu crucis dicendo in nomi
ne patris et filii et sps sci · Post hoc ponit manu sup capita eorum ·
& dic oration ad catecuminu faciend · Omps sempitne ds · Hic iuxta
scm greg · reddunt simbolu et oratione dominica · aut patrini pipsis ·
Post hoc sequunt orationes · in sabbato sco ad catezizandum infante ·
inde uero tangit eis nares et aures de sputo · & dic ad aure dextera
Effeta · quod e · adaperire · in odore suauitatis · Ad sinistram Tu aut
effugare diabole · adppinquabit eni iudiciu di · Postea uero tangit
ei pectus et int scapulas de oleo exorcizato crucem faciendo
cu pollice · et uocato nomine ei dicit · Abrenuntias satane
R · Abrenuntio · Et omib; operib; ei · R · Abrenuntio · Et omnibus

pompis eī. ℟. Abrenuntio. Ind̄ sequitur simbolū. hic scdm august.
secuntur lectiones & cantica. His expletis pcedit pontifex ad
fontes benedicendos cū omi decore. psequente eū clero seupopulo.
Pcedit etiā benedict' cereus siue duo cerei illi quos tenent notarii.
abeodem scilicet illuminati. & ampula cū oleo et balsamo in
magna reuerentia. Nā et illi duo cerei pcedunt ubiq; pontifice
usq; in octab pasche. Euntes ad fontes canunt laetanias ter tan
tummodo repetendo. Quib; finitis ante fontes et facto silentio.
stante sacerdote seqr benedictio fontis. Omps sempitne ds. et rlq.
Seqr consecratio fontis inmodū pfationis decantanda. Ds qui inuisi
bilib; Adinuocationē uero sps sci que sacerdos celsa uoce pclamat.
id alto mentis affectu. deponitr cereus benedict' inaquā siue illi
q abeo illuminati s. ad demonstrandā scilic& psentiā sps sci.
sacerdote ita dicente. Descendat inhanc plenitudinē fontis.
Fonte benedicto. accip pontifex crismā cū oleo mixto inuase
ab archidiacono. et aspgit per mediū fontis inmodū crucis.
Tunc pontifex aspgit cū manu de ipsa aqua sup populū. quo
facto. accip popl de ipsa aqua inuasculis adaspargendū in
domibus suis siue agris. Deind tenente patrino infante aquo
7 suscipiendē interrogat eū sacerdos ita. Quis uocaris. ℟. ille. et
seqr sacerdos. Credis indm patrē. ℟. Credo. Et inihm xpm filiū
eī unicū dnm nrm natū et passū. ℟. Credo. Credis inspm scm
scām ecclam. c. s. c. r. c. c. ℟. Credo. Deinde baptizat eū sacer

D

dos sub trina mersione tantum · scam trinitate semel inuocata · ita
dicens · Et ego baptizo te in nomine patris · et mergat semel ·
et filii · et mergat iterum · et sps sci · et mergat tertio · Ut aut
a fonte exierit · faciat prbr signu crucis de crismate cu pollice
in uertice eius · dicens hanc orat · Ds omps pat dni nri ihu xpi ·
Tunc suscipiatur ab ipso a quo suscipiendus e · Postea uestit infans
uestimentis suis · Si uero eps ad e stati confirmari eu oportet cris
mate · et postea communicare · et si eps dee · comunicetur a prbro
dicente ita · Corp dni nri ihu xpi · custodiat te in uita aeterna ·
Amen · Quod aut aliq patrini solent a fonte extrahere suos fi
lios · n legit in ordinibus · De hac re ap romanos ita agit · Post
qua pontifex baptizauerit · t quibus iusserit ipse · leuant ipsos
infantes in manib et offer eos uni de prbris · Ipse fac u cruce
de crismate cu pollice in uertice eoru dicens · Ds omps pater
dni nri ihu xpi · ut sup · Qua finita · s parati eos q suscepturi
s cu linteis in manib suis · Deinde accipiunt ipsos a pontifice
t a diaconibus q eos baptizauer · Postqua uero uestiti fuerint ·
deportant ante pontifice ad confirmandu · Quib dat singu
lis stola candida · xrismale · et x ce · sindos et sic uestiuntur ·
Et postq induti fuerint · dat pontifex super eos oratione im
posita scilicet manu sup capita eox · cu inuocatione septifor
mis grae sps sci · OR · Omps sempt ds qui regenerau nos · Hac
finita · fac cruce cu crismate cu pollice in singulox frontib ita

dicendo · Innomine patris · et filii · et sps sci · pax tibi · R · oms et cu spu
tuo · Haec uerba · uerba sunt salutationis ad nouu homine q recreat ·
Sane illud pcauendu e · ut hoc n neglegatur · quia in hoc ome bap
tismu legitimum · xpianitatis nme confirmatur · Sed et hoc pui
dendu e · ut nullu cibu accipiant · neq · ablectent antequa comu
nicentur · Omi aut die usq · in oct ad missas ueniant et comunicent ·
Parentes u oblationes p ipsis faciant · Similiter et in pentecoste oma
fiant · De hac uero confirmatione · scs innocentius papa n ab alio
q ab epo fieri licere assert · Quamuis eni presbiteri sint sacerdo
tes · pontificat tamen apice n habent · et ideo solis pontificib debet
cęlesti et grā accumulat· Presta nobis per eundē secū scīfi
cantē qui nobis de corpore ac sanguine suo tā salubrem
dedit refectionē· P ipsū tamquā uerū mediatorē dei et

hominũ cũ ipso tamquã coequali · in ipso tamquã͂m uere consubstan
tiali omnis honor et gloria ẽ deo patri in unitate sp̃s sc̃i · qui ex
patre filioq; p̃cedens unitate deitatis possidet cũ patre et filio ·
Insinuatur itaq; nobis in patre auctoritas · in filio natiuitas · in
sp̃u sc̃o patris filiiq; cõmunitas · in trib; equalitas · p omnia secula
sc̃loꝝ · Ita dicuntur sc̃la sc̃loꝝ · tamquã sc̃la in sapientia dei fir
ma stabilitate manentia · istorum quę cũ tẽpore transeunt
efficientia sc̃la sc̃loꝝ · Aut certe simpliciter sunt accipienda
sc̃la sc̃lorũ · uelut consequentia p̃cedentiũ · ut continuata
sibi conexione copulentur quę dicunt̃ sc̃la sc̃loꝝ · donec pre
sens qđ ex diuersis temporũ sc̃lis contexit̃ p̃ueniat ad finẽ ·
et succedat futurũ sc̃lm qđ non habet finẽ · ubi ds̃ uidebit̃ et
laudabit̃ sine fine · Amen aut̃ qđ ab omi ęcc̃la respondet̃ · int
p̃tatur uerũ · Hoc ergo ad tanti misterii consumationẽ · sicut et
in omi legitima oratione respondent fideles · et respondendo
quasi subscribunt · Adiungit aut̃ adhuc sacerdos et dicit ·
Oremus · et orat ęcclesia cũ sacerdote · ñ uoce · sed corde · Silentiũ
est · et clamat pectus in aurib; dei · Preceptis salutaribꝰ · Hoc enim
p̃ceptũ nobis ẽ salutare · i · ad salutẽ nr̃am p̃ficiens quo nos uni
genitus filius per lauacrũ regenerationis et spm adoptionis dei
filios effectos dicere monuit · et non humana s; diuina sua in
stitutione ut deo dicere audeamus pat nr̃ informauit dicens ·
sic uos orabitis · pater nr̃ · et cetera · Diuina ergo institutione infor

mati non p̄sumptionis temeritate · sed obedientię pietate p̄sumim⁹
dicere deo patri · pat̄ nr̄ qui es in cęlis · et cetā · Hęc aut̄ obsecra
tio oratio dominica uocat̄ᷣ · q̄ eam dn̄s docuit · ac a dn̄o oratio
dominica · Discipuli rogauerunt dn̄m ut doceret eos qualit̄
orare deberent · Quibus dn̄s dixit · Non necesse ē ut multū
loquamini in oratione q̄ d̄s omp̄s scit quid opus sit antequā pe
tatis eum · Tunc dixit illis · Cum oratis · dicite pat̄ nr̄ · Pat̄ dicit̄ᷣ
a patrando · ı · ꝑficiendo · Qui ergo patrē uocat dm̄ · talem se
debet preparare · ut filius eius dignus sit uocari · Quod si iniuste
uocat eum patrē · ꝑ ipsa inuocatione iniusta suppliciū recipiet ·
Sicut enī filius imitatur bonū patrē · ut isaac imitatus ē abraham ·
et iacob isaac · sic nos qui dm̄ patrem uocam⁹ · ut filii boni s̄citatē
illius imitari debem⁹ · ut simus s̄ci et inmaculati · iuxta quod ipse
dicit · S̄ci estote · quia ego s̄cs sum dn̄s deus ur̄ · Primū fuit deus
omp̄s pat̄ iudeorū · iuxta quod ipse dicit ꝑ ꝓpheta · filius m̄s p̄mo
genitus isrl̄ · et filios enutriui et exaltaui · ipsi autē spreuerunt
me · Sed quid factū est desiit illorū pater ēē ꝓpt̄ infidelitatem ·
nr̄ aut̄ ꝓpt̄ suā misericordiam factus ē pater ꝑ fidē et dilecti
onē · cui supplicam⁹ cottidie dicentes pater nr̄ · Pater duobus
modis dr̄ · deus omp̄s · t quia patrauit nos · ı · creauit et cōpegit
in utero matrū nr̄arū ex carne et anima · ex semine uiri et femīne
cū n̄ essemus · uel q̄ fecit nos renasci ex aqua et sp̄u s̄co cū per
diti essemus · Prima natiuitas facit nos filios p̄uaricationis · s̄cdā

filios reconciliationis dimittendo nobis om̄a peccata · et origina
lia et actualia · taliter ē deus pater nr̄ · Qui es in cęlis · Psalmista
dicente deo · si ascendero in cęlū tu illic es · si descendero in infer
nū ades · etiam si potuisset fieri ut haberē pennas et uolarem
in extremas maris illic te inuenirē · Et dn̄s per ꝓpheta · Cęlū et trā ·
ego implebo · Altior naq; ē cęlo · ꝓfundior abisso · latior trae ·
longior mare · et si ubiq; ꝑ plenitudinē diuinitatis suę et n̄
ꝑ extensionē · quare specialit̄ dicit se eē in cęlis · Quia p cęlos
intelleguntur angeli et homines iusti in quib; maxime d̄s in
habitat iuxta qd̄ scriptū ē · Anima iusti · sedes ē sapientię ·
Pater noster qui es in cęlis · i · qui habitas in angelis · quorum habitacula s̄t
cęli et homines iusti · Sc̄ificetur nomen tuum · Nom̄ dei p se sc̄m ē ·
et quare nos dicim̄ sc̄ificetur nomen tuū · Quando renati sum̄ ex aq̄
et spū sc̄o tēpore baptismatis in nomine dei omnipotentis sumus
sc̄ificati dicente presbitero · baptizo te in nomine patris et filii
et sp̄s sc̄i · Ideo p̄cam̄ ut illa sc̄itas quę facta ē in nobis tunc in bap
tismate ꝑ inuocationē nominis dei · illa permaneat in nobis in ęt
nū · ut non polluam̄ eam · s; semper simus sc̄i · ut sicut tunc sc̄i effecti
sum̄ · ita in perpetuo sc̄i maneam̄ · t aliť · Sc̄ificet̄ nom̄ tuū · Intelle
gat̄ a nobis quantę sc̄itatis sit nom̄ tuū · i · sc̄m habeatur in omnib;
opibus nr̄is · ut dū tuā sc̄itatē recolim̄ · peccare timeam̄ · t Alit̄ ·
Est modo aliquis xp̄ianus bonus · facit boni opera · Videt hoc
aliquis paganus · aut iudeus et dicit · benedictus d̄s qui talem

seruu habet · scificatur nom dei · i · laudat p illu bonu xpianum ·
E contra malus · uidet eu paganus mala operari et dicit · certe ecce
malus xpianus · nos sumus meliores · nom dei blasphematur p illu ·
iuxta quod paulus dicit · Nom dei per uos blasphemat in gentib ·
Nos aut pcam ut scificet nom di · i · laudetur et glorificet in ope nro ·
Quicquid boni agim ad eius laude refertur · quicqd mali ad eius
contumeliam · Adueniat regnu tuum · Deus omps semp regnat
et in celo et in terra · et nos nescim modo qualit regnat · idcirco
pcam ut adueniat regnu illius · Quod e istud regnu dei · Aeterna
beatitudo de qua dicturus e electis · uenite benedicti patris mei ·
et cetera · Hoc regnu precam ut adueniat · i · dies iudicii · Qui
ergo hoc precat ut adueniat dies iudicii · ualde debet preparatus
esse · uel aliter · Deus omps regnat in electis suis per spem · fidem ·
et caritate · et p cetera bona · E contra diabolus regnat p luxu
riam · per ebrietate · odium · et cetera mala · Idcirco pcam dm
ut ipse regnet in nobis per iustitia · n diabolus p peccatu · Fiat
uoluntas tua sicut in celo et in terra · Sicut in celo · i · in angelis
qui nunqua peccauerunt e uoluntas tua bona · et illorum offi
ciu acceptabile habes · sic fiat uoluntas tua in hominibus in
terra · ut illoru seruitium placeat tibi · talit · Per celu intelle
gitur dns ihc xpc · per terra sca eccla · Scim quia sicut uir a
muliere · sic celu e a terra · Ab ipso accipit tra omne uber
tate · Sic et p ecclesia sca quicqd boni habet a uiro suo xpo · pci

pit iuxta qd scriptu e · Omne datu optimu et omne donum per
fectu desursum est · Fiat uoluntas tua sicut in celo · ad dm pa
tre dicitur · Sicut uoluntas tua e in caelo · i · in xpo · ita fiat in terra · i ·
in ecclesia que est corpus eius · Vel sicut e uoluntas tua in caelo ·
· i · in hominibus iustis · ita fiat in terra · i · in peccatorib; ut et ipsi
ualeant tibi placere p penitentia · t fiat uoluntas tua sicut in
celo · hoc e in mentib; nris · ita fiat in terra hoc e in corporib;
Pane nrm cottidianu da nobis hodie · Pan grece · latine totu
t omne · et ab eo qd e pan · diriuat panis · et ideo p pane intel
legere possum omnia necessaria tam in cibo quam in potu ·
et uestimento omi q; subsidio tepor ali · Panis cottidianus dr · qr
cottidie nobis e necessarius · Pane nrm cottidianu · i · omnia que
nobis sunt necessaria · tam ad uictu qua ad uestimentu tribue
nob hodie · i · omni tempore uite nre · t alit · Pane hic possum in
tellegere corpus et sanguine dni · de quo ipse dicit alibi · Nisi
manducauerit quis corpus · et reliq · Precam naq; ut det nob
carne et sanguine suu ad sumendu · ut p illud qd uisibilit sumi
mus · illud qd n uidemus in nobis suscipere possimus · i · dm omi
potente iuxta qd ipse dicit · Qui manducat carne mea et bi
bit meu sanguine · ipse in me manet · et ego in eo · Illud qd
dicitur hodie non possumus generaliter referre ad corp et
sanguine dni · quia sunt tales qui non possunt cottidie comu
nicare · aut aliqua discordia contra pximu conmaculati ·

aut nocturnali coinquinati pollutione · homines sunt · non pos
sunt semper ee̅ parati · Econtra sunt tales qui cottidie possunt co
municare · illis conuenit quod dn̄s dixit zacheo · hodie in domo
tua oportet me manere · At ille suscepit eū gaudens in domū suā ·
Quia illi tales cū gaudio debent corpus et sanguinē dn̄i sumere · Illi
u͛ q̄ cottidie n̄ possunt cōmunicare · possunt dicere cū centuri
one · Dn̄e n̄ sum dign͛ ut intres sub tectū meū hodie · intrabis alia
die · Sunt etiā tales qui nolentes a sua iniquitate recedere absti
nent se a corpore et sanguine dn̄i causa humilitatis · Talia p̄di
cans beatus augustinus dicit · Fr̄s · placet mihi humilitas ur̄a ·
quia timetis accedere ad corpus et sanguinē dn̄i · s melius ee̅t
ut ab iniquitatib; ur̄is recederetis · et mundi effecti per penitentiā
corpus et sanguinē sumeritis · Quādiu n̄ acceditis · non mihi
placet · Dicam͛ et aliter · Panē nr̄m cottidianū · P̄ panē possum͛
accip̄e diuina eloquia · scientiā legis et p̄phetarū · psalmorū et
euangl̄i · Panē nr̄m cottidianū da nobis hodie · i · om̄i tēpore
uitę nrę refice nos de doctrina s̄carū scripturarū · q̄r sic corpo
reo cibo reficitur corpus · sic spirituali cibo reficit͛ anima ad
amorē et agnitionē illius · Et dimitte nobis debita nr̄a sic et
nos · d · d · n · Debita hic intelleguntur peccata · Duob; modis
sum͛ debitores dei · aut faciendo ea quę iussit fieri · aut faciendo
ea quę ipse p̄hibuit fieri · Ipse dicit in euangl̄o · Diliges dn̄m
dm̄ tuū ex toto corde · tota anima · tota uirtute · et p̄ximū tuū

sicut te ipsum · Non diligimus dm̄ neq; pximū sic ipse pcepit · debi
tores sumus · i · peccatores · Ipse dicit · honora patrē tuū et matrē · ut
sis longeuus super trām · Non facim̄ hoc · debitores sum̄ · i · peccatores ·
Hęc sunt quę dns̄ pcepit fieri · non occides · n̄ adulterabis · non fur
tū facies · n̄ piurabis · Nos facimus talia quę dns̄ phibuit fieri ·
debitores sum̄ · i · peccatores · Qui ergo tanta flagitia c̄tra dī pcep
ta committim̄ · necessariū ē ergo ut si uolum̄ ea nobis a dn̄o di
mitti · dimittam̄ ex corde frī in nobis peccanti · c̄tra quē c̄tā
dupplicit̄ sum̄ debitores · aut faciendo quę dns̄ phibuit fieri · uide
licet si flagellauerim̄ eū iniuste · aut si sua abstulerim̄ · aut n̄ fa
ciendo ea quę dns̄ mandauit fieri · i · si n̄ dilexerim̄ eū · et illud
qđ in nos committit n̄ dimiserim̄ · Si ergo indulserim̄ ei · tunc uera
citer dicere poterim̄ dō · dimitte nobis debita nr̄a · Et ē sens̄ ·
O ds̄ omps̄ · sic dimittim̄ his qui in nobis peccauerunt · ita dimitte ·
Si aut̄ nos n̄ dimittim̄ eis · nec ille dimittet nob̄ peccata q̄ contra
illiu᷒ pcepta gessim̄ · qr̄ ipse dicit · Si uos n̄ dimiseritis · nec
pater uester dimittet uobis peccata ur̄a · Et ne nos inducas in
tēptatione · Vna ē tēptatio q᷒ ptinet ad pbatione · de q̄ dicit
moyses ad poplm̄ israheliticū · tēptat · i · pbat uos dns̄ ds̄ ur̄ · ut
sciat si diligitis eū · Et psalmista · pba me dn̄e et tēpta me ·
Hac tēptatione pbauit ds̄ abrahā · et inuentus ē fidelis · Altera
ē quę ptinet ad deceptionē et perditionē · de q̄ iacob᷒ apls̄ ·
Ds̄ neminē tēptat subaudis ad hoc ut pdat · hac tēptatione tēptat

diabolus ut decipiat et perdat · Et nos de hac tẽptatione ṗcam̃ dm̃
ut ñ pmittat nos tẽptari supra id qđ nr̃a fragilitas ñ potest suf
ferre · In teptatione eni inducere ds dicit · qdo a teptatione ñ
liberat · Tale qd de pharaone legimus · Indurauit dns cor pha
raonis · qđ nihil ẽ aliud nisi ñ emolliuit cor eius qđ induratum
erat · Sed libera nos a malo · i · a diabolo et a penis inferni · et ab
om̃i aduersitate huius sc̄li · Amen signaculũ ẽ istius orationis ·
sicut sigillum confirmatio ẽ alicuius endiculi · quasi dicat deo
ille qui hanc orationem decantat · Certe uerũ est qđ actenus dixi ·
si ego dimisero peccanti in me · tunc dimittes ea quae con
tra preceptũ tuũ egi · si non dimisero · nec tu dimittes mihi ·
Septẽ sunt petitiones in hac oratione · Tres ptinent ad animã
et uitã ęternã · Quatuor sequentes ad corpus et presens tẽ
pus · Scificatio nominis dei · et regnũ · et uoluntas eius bona in
electis · in futura uita perficitur · Panis autẽ et remissio pecca
torũ · et non induci in teptationẽ · et liberatio a diabolo et ab
omni aduersitate huius sc̄li · in presenti sunt nobis necessaria · qr
in futura uita ñ erit ulla fames · s · sacietas aeterna electorũ de
contẽplatione dei om̃ipotentis · In hac autẽ panis necessarius
est et remissio · quia hic peccamus · et hic necesse ẽ ut liberemur
a diaboli tẽptatione · et huius sc̄li tribulatione · In futuro nec
diabolus nocebit bonis · nec ulla aduersitas erit · Post ora
tionem uero dominicã quã ad cõpletionẽ tanti misterii

tota ad dm̄ fundit eccła · sequit̃ in conclusione eiusdem sacerdos et
dicit · Libera nos q̄s dn̄e et reliqua · Mala p̄terita peccata nr̄a
transacta intelleguntur · quorum si actio iam cessauit · in nobis tam̄
reatus manet · nisi dei indulgentia deleatur · Mala ū p̄sentia
cottidiana peccata in animo · et accidentes sepe diuersi lan
guores et afflictiones in corpore · et extrinsecus irruentes in
numere calamitates · quę quotiens patim̃ · eius debemus im
plorare auxiliū · qui solus sua pietate et animas curat &
corpora · Futura mala quęcumq; nobis accidere possunt · siue
p̄ teptationes diaboli · siue p̄ miserias seculi · Orat ḡ eccła ut qd
in fine orationis dominicę dictū est libera nos a malo · ita nobis
per dī misericordiā prestetur ut liberem̃ ab omib; malis · q; nob
in p̄terito acciderunt · uel in presenti accidunt · ł in futuro ac
cidere posse formidantur · Sequit̃ et intcedente p nob · et cetera ·
usq; securi · Precepit dn̄s poplo israhel cū teneretur babilonica
seruitute · ut orarent p pace ipsius ciuitatis · quia in pace inquit ei
erit pax ur̄a · et apl̄s hortatur fieri orationes p omib; hominib; ·
p regib; · et his qui in sublimitate sunt · ut quietā et tranquil
lā uitā agamus · Iuxta hanc formā populus fideliū in huius
sc̄li peregrinatione tamquā in babilone captiuus et supnę pa
triae inspirans · orat etiā p pace temporali ne inpediatur a
spiritali · ut remotis p dei pietatē omib; aduersantib; quietā
et tranquillā uitā agat eccła · Hoc aut̃ paucissimis sed eminen

tissimis suis nominatis exorat · ut intercedente inprimis dei genitrice
per quã nobis salus exorta est · et beatis aplis petro et paulo atq;
andrea impetrare mereamur · In qua postulatione ñ ceteroȝ scoȝ
intercessio ptermittitur · sed in istorum comemoratione omnium
suffragia expetuntur · qa ita omnes sibi in deo uniti sunt · ita unū
desiderant et rogant p salute hominū · ut et in uno omš pariter
habeantur · et in uno omnes pariter neglegant · Quod aūt dic da
ppitius pace in diebus nris · iuxta exemplū ezechie · qui cum
audisset a ppheta mala uenturę captiuitatis · respondit · Fiat
pax et ueritas in diebus meis · futura dei iudicio reseruans · de
psenti qd ad suam et populi salutē pertinebat depcans · Ita et
ecclesia depcatur pacem in diebus nris · qd et post nos alii · et post
ipsos alii usq; ad finē seculi similiter orabunt · Cur aūt ipsa pace
postulet subiungit · scilicet ut ope · i · auxilio et ptectione mi
sericordię dei adiuti · quantū ad interiorē religionis deuotio
nē pertinet simus semp a peccato liberi · quantū ad exteriorē
pacē simus etiam ab omi perturbatione securi · Sequitur qd et
in omib; ecclasticis orationib; subiungi solet · per dnm nrm · et
reliqua · Vnde iā supra diximꝰ · Hac oratione expleta · commis
cens sacerdos dominicā oblationē ut calix dni tota plenitu
dinē contineat sacramenti · tamquā per eiusdē misterii copu
latione · inprecatur ecclesię pacē dicens · Pax dni sit semp uob
cū · Cui tantū bonū etiā ecclesia inpcatur respondens illi · et

cũ spũ tuo· Pax dñi· ipsa ẽ pax xpi· quę finẽ non habet· et est omnis
pię actionis perfectio· Vera autẽ pax unitatẽ facit· quo qui
adheret dño unus sps ẽ· In pcata igitur pace· incipiens a sacer
dote dat sibi mutuo omnis ęccla osculũ pacis· ut omnibus uera
pace unitis fiat in eis locus dei sicut dr· Et factus ẽ in pace loc
eius· et impleatur in ęccla qđ alibi dr· Deus in loco sco suo· ds
q inhabitare facit unanimes in domo· Et hoc ex traditione
aptorũ seruat ęccla· cui frequentẽ ab eis dicit· Salutate inuicem
in osculo sco· i· uero· pacifico· colũbino· ñ ficto· non sub dolo·
quali utunt qui loquuntur pacẽ cũ pximo suo· mala autem
in cordib; eorum sunt· Illi g osculo sco salutant inuicẽ· q non
diligunt uerbo neq; lingua· sed opere et ueritate· Inter hæc
cantatur ab omib; et cantando orat dicentibus· Agnus dei q
tollis peccata· et reliqua· Nullus enĩ tollit peccata· nisi ille solus
cui nullum bonũ hominis impossibile est· nullum malum insa
nabile· Quomodo autem peccata mundi tollat· iohannes
in apocalipsi demonstrat· Qui dilexit nos inquiens et lauit
nos a peccatis nostris in sanguine suo· Non solum lauit nos
a peccatis nris in sanguine suo· quando ipsum sanguinẽ dedit
p nobis in cruce· t quando quisq; nrm in misterio sacrę passio
nis illius baptismi aquis ablutus est· uerũ etiam cottidie
tollit peccata mundi· lauat q; nos a peccatis nris cottidi
anis in sanguine suo cum eiusdẽ beatę passionis ad altare

memoria replicatur · Post haec sumpta eucharistia · i· bona gra
tia · gratia enim dei p omibus gustauit morte · et celebrata
gratiarum accione · respondetur ab omib; amen · Hec est eni
clara uox sanguinis xpi · quã sanguis iste exprimit ex ore
fidelium eodem sanguine redemptorum · Finitis uero om
nibus adstanti et obseruanti populo absolutio datur in
clamante diacono · Ite missa est · Missa ergo nihil aliud
intellegitur quam dimissio · i· absolutio · quã celebratis omnib;
tunc diaconus esse pnuntiat · cum populus a sollemni obserua
tione dimittitur · Unde et missam catecuminorũ canones dicit ·
quando post euangelii lectione incipiunt celebrari sacra misteria ·
quibus nullum nisi baptizatum inter esse licet · Tunc eni clamante
diacono · idem catecumini mittebantur foras · Missa ergo catecu
minorũ fiebat ante accione sacramentorũ · Missa fideliũ fit p
confectione et participatione eorunde sacramentorũ · t missa
ẽ · i· directa · siue missa est · i· pfecta · p uob oratio et oblatio ·

FINIT · **DE SYMBOLO** ·

Simbolum grece · latine conlatio siue signũ t indiciũ · Indiciũ ·
quia ibi indicatur fides sanctę trinitatis · qualiter debeatur
credi pater ingenitus · filius genitus · sps scs ab utroq; procedens ·
Signum · quia quicumq; haec uerba profert · ostendit se ad dm
uel ad numerũ credentiũ ptinere · Conlatio dicit conferentia t
conductio uerborũ in unum facta · Beatus augustinus et maio

res nri tradunt · quia postquā apti acceperunt spm scm pfecturi
in omnem terram dixerunt bonū et quia unum dm credebant ·
unam fidem pdicarent · Duodecim apostoli fuerunt · xii uerba
cōposuerunt · et denuntiauerunt non ea scripta habere inmen
branulis · sed intabulis cordis retinere · quia corde creditur ad ius
titiam · ore autē confessio fit ad salutē · Credo in dm · Aliud
credo dō · et aliud dm · et aliud in dm · Credo dō dm esse · Credo
dm uera dicere · Credo in dm · i · credendo illum diligo · Patrem
omnipotentem · Pater relatiuum nomen est afilio · Pat dicitur
eo quod habeat filiū · Non enī potest dici pater nisi habeat filium ·
neq; filius nisi habeat patrē · Omnipotentē · Omips dicitur eo
qđ omnia potest · Et quare dicitur omps · cū omia non possit · men
tiri non potest · quia ueritas est · Mori non potest · qꝛ uita ē · Mutari
non potest · quia immutabilis est · Sed sciendū quicquid quia illum
decet · potest · In ihm xpm filium eius · subaudis credo · Ihc nomen
ē humanitatis assumptę auerbo · Angelus imposuit ei hoc nomen
quando ad mariam uirginē uenit dicens · Ecce concipies · et pa
ries filium · usq; ipse enī saluū faciet populum suum apeccatis eoꝝ ·
Ihc hebraice · grece soter · latine saluator dicitur · Xpc grece ·
hebraice messias · latine unctus · Non fuit autem unctus oleo
uisibili sicut patriarchae et pphetae · qui antiquis temporibus
oleo ungebantur · de quibus ipse dns dicit · nolite tangere xpos
meos · et cetera · sed oleo inuisibili · i · plenitudine sps sci · Unde

psalmista · Vnxit te ds ds tuus · o · l · p · p · tuis · Unicum · Unicus
dr · quia unicus est deo patri · et unicus est matri · qui nec habuit pat
filiu ante illum · nec post · neq; mat similit · Dnm nrm · Dns nr est ·
quia dominatur nri · i · omib; creaturis uisibilibus et inuisibilibus ·
Qui conceptus est de spu sco · i · opere et ministerio sps sci · Et si ceep
tus est a spu sco · quare non dicitur filius sps sci · Sed sciendu qn
omne qd ab aliquo nascitur · eius filius appellat · Verbi gra · oms
nos sumus regenerati ex aqua · et n dicim filii aque · sed filii
dei · Nascitur capillus ex capite · sed dicitur non filiu capitis · Si
milit nascitur ungues ex manu · sed n dicit filius manus · Natus ex
maria uirgine sedm carne · quia beata maria uirgo fuit ante partu ·
et in partu · et post partu · Beatus augustinus dicit ibi una coparati
one · Est speculu in aliqua domo · intrat aliquis in illam · umbra
eius apparet in speculo · Quando ingreditur et egreditur · n
frangit illud speculu · Similiter in dno in eundo et redeundo ·
uterus uirginalis integer permansit · Passus sub pontio pilato
secundu humanitate · quia lapidatus est · uirgis cesus est · sputus
est et irrisus · multisq; uerberibus afflictus · sed diuinitas illius
inpassibilis mansit · Demus inde comparationem · Incidit quis
arborem · in qua radius solis stat · Arbor inciditur · tam radi
us solis nihil mali patitur · Sic dns ihc secundum humanitatem passus
est · secundum diuinitate uero inpassibilis mansit · Pontiu pilat
ppriu nomen e pilati · In iudea erat princeps · sub tiberio

imperatore · qui pontius est dictus · uel aponto regione · uel aponto
insula inqua natus est · uel afamilia ut quibusdam placet · Cru
cifixus · i · cruci adfixus cum clauis · Multi dicunt quod nullam
iniuriam ibi sustinuerit dn̄s · Sicut enim quilibet homo xxxiii · et
semis annos habens iniuriam sustineret si crucifigeretur · ita filius
dei penam sustinuit · q̄ si non fecisset uera passio n̄ eēt · Mortuus
secdm carnē · unde in euangelio dicit · inclinato capite emisit spm ·
Vnde et dn̄s nona emisit spm · quia sexta hora fuerat crucifixus ·
et recto ordine factum ē · ut qua hora homo de paradiso eiectus
est · eadem illic restitueretur · Et sepultus · Sepultus a ioseph et
anichodemo sicut legimus · quia in sepulchro nouo sepeliuit
eum qd̄ exciderat in petra · Descendit ad inferna inanima sola ·
Quare · ut electos qui ibi detinebantur iniuste ꝑpter originale
peccatū liberaret · et ad celos reduceret · Vnde dr̄ ꝑpphetam ·
O mors ero mors tua · morsus tuus ero inferne · Momordit dn̄s
infernū · quia inde partem abstulit · et partē reliquid · Sexta
enī feria crucifixus est · sabbato quieuit in sepulchro · die
dominico resurrexit amortuis sicut predixerat · unde dic
ad patrē exurgam diluculo · Ascendit ad celos quadrage
simo die resurrectionis suae · Nam ꝑ quadraginta dies con
uersatus est cū discipulis suis · et manducauit cū illis sic legim̄
partē piscis assi et fauum mellis · Bibit etiā cū illis sic petrus
dixit · nobis qui manducauim̄ et bibimus cū illo post quā

resurrexit amortuis · Quare manducauit cū illis post resurrectionē ·
non ut cibo corporali indigeret · sed ut demonstraret uerum corpus
sumpsisse desepulchro non facticium · Cibus autē ille deficiebat
auirtute diuinitatis illius ne postmodum esset · sicut uerbi gra·
gutta que deficit innimio calore ignis · Sedet addextera di
patris omnipotentis · Sedet quia habitat inmagnitudine paternę
maiestatis feliciter · Inde ·i· decelis · uenturus iudicare uiuos
& mortuos · Uiuos qui tunc uiui reperient̄ · quia iste mundus ple
nus erit hominibus · Mortuos qui corpore mortui erunt · uel
uiuos iustos · mortuos peccatores · Credo in spm scm · Sanctū
dicit · addistinctione maligni · inquē nullus debet credere · Scām
aecclām catholicā · subaudis credo · Ecclesia grece · latine cōgrega
tio fideliū · Hoc distat int̄ congregatione et conuocatione · qa
conuocatio fit defidelibus · congregatio uero nonsolum defideli
bus · sed etiā deinfidelibus · et de animalibus et delapidib;
Katoles · grece · uniuersalis latine · quia scā ecclā puniuersū
orbem dilatata est · Scorum cōmunionē ·i· societatē · quia
unū dm̄ credunt · uno baptismate sunt renati · uno spū sco
c̄firmati · & adunā uitam ęternā transire merebuntur · Re
missionē peccatorū credo ee in aecclā · primū pbaptismū · de
inde pmartiriū · demum pelemosinā · post modū porationē ·
et cetera bona opera · Carnis resurrectionē credo · quia in hac
carne inqua nc̄ sum⁹ in die iuditii resurgemus · Sed quid restat ·

uita eterna .i. uita sine termino. Hoc distat inter aeternu et perpetuum et temporale. quod aeternu est quod non habuit initiu. nec fine habebit. ut deus. Perpetuu. quod initiu sed fine non habebit. ut sunt homines et angeli. Qui .i. homines scilicet moriantur corpore in anima immortales erunt. Temporale est quod utrumque habet. et initiu et fine. ut sunt animalia et bestie. Explicit. De sacris

[...]stibus [...]cerdotalib(us)

Dignitas aecclesiastici ordinis ab ipso aaron primo ordinib(us) et sacerdote causas et origine ducit. Primu aute dicitur quantum ad ordinatione. Nam fuerunt ante eu alii sacerdotes ut melchisedech sacerdos dei excelsi qui deo pane et uinum offerens. noui hoc est euangelici sacrificii modum qualitatemque signauit. Abraham quoque isaac et iacob. et multi ante ut abel et noe deo hostias obtulisse leguntur. Sed nullus eorum ordinatus uel consecratus in sacerdotium. neque sacris et misticis uestibus indutus fuisse preuenitur nisi aaron. qui primus iubente domino oleo sancto iunctus. et sacerdotalibus uestibus decoratus est. Tradunt aut hebrei. quod ante aaron primogeniti essent sacerdotes. Denique melchisedech autumant fuisse. sem primogenitu. noe sacerdotem dei excelsi. Ex omnibus eni tribubus israel elegit dominus tribum leui. et ex hac tribu elegit aaron summu pontifice. filios uero eius minoris gradus sacerdotes quos presbiteros appellamus. Ceteros uero in eadem tribu generali uocabulo leuitas nuncupant.

diuersis gradibus ex ministeriis ex ministeriis delegatos. Qui
dā enī ex ipsis erant hostiarii. et hi erant in primo & infēri
ore gradu. In scdo lectores. in tertio exorcistę. in quarto.
acoliti. in quinto subdiaconi. in sexto diaconi. in septimo prēs
biteri. in supmo excellentiore gradu episcopi siue pontifices
constituti erant. hi octo erant gradus diuini misterii. De quib;
fortassis iezechiel ppheta mimistica templi uisione dicit. et in
octo gradib; ascensus eius. Nunc dicendū de singulis. et quā
id officiū haberent breuit intimandū. Hostiarii erant. qui et edi
tui ł ianitores uocabant. Hi ut in libro paralipomenon legit.
erant sup exedras et thesauros domus dñi. & pgirū morabant
in custodiis suis. obseruabant ut nullus inmundus templū dī
intraret. Lectores erant qui exorcismis .i. adiurationib; a salo
mone copositis demones ab energuminis effugabant. quales
legunt in actib; aplox fuisse septē filiis ceuę. Acoliti erant
qui in tabernaculo dī lucernis accendendis perant. iuxta quod
in exodo legit. Precepi filiis israhel ut afferant tibi oleum de
arboribus oliuarū purissimū piloq; contusū. & cet. Hi obseque
bant in omib; ceteris supiorib; unde accoliti .i. obsequentes uoca
bant. Accolitus enī grece. latine sequor dicit. Nunc in aeccta
ceroferarii dicunt afferendis cereis. sed tunc ñ hoc dici nomine
poterant. quia nec mel nec cera introferebat in sacrificio dñi.
Subdiaconi erant quos natineos uocabant. qui subleuitis erant

sub seruientes et obsecundantes illis. unde et nathinei ·i· humiles. t in hu
militate seruientes uocabant. Ex istorū numero fuit nathanael.
qui a dn̄o in euglo summa laude declaratur. ipsū esse dei filium et regē
israhel cfessus ē. Supersunt tres superiores gradus. leuitarū.
presbiterorū. episcoporū. siue pontificū. Leuitarū ordo ab
ipsa tribu leui exordium sūpsit et nomen. Interptant aūt
assumpti. quia p omib, tribubus assumpti erant. & seruitio dn̄i de
putati. Et quamuis ceteri minoris ordinis de tribu leui essent.
specialiter tam̄ hic ordo sub presbiteris leuitarū dicebatur.
qui p ordinatione aaron & filiorum ei consecrabant. excu
bantes semp in templo dn̄i. ipsi gestabant arcā. & taberna
culū. et uictimarū adipē sacerdotib, offerebant. Septimus
ordo sacerdotū. uel presbiterorū. filii scilicet aaron quib, sa
crificia et holocausta. atq, om̄is templi dī cultus comissus
erat & traditus. quorū erat discernere inter pfanū et scm.
inter inmundū et mundū. & quicunq, scdm legē mundan
dus. t inmunditiȩ adiudicandus erat. illorū iudicio mundus
t inmundus decernebat. Interptat aūt pspiter senior. qui eli
gebant ętate pari et morū grauitate pfecti. quia in ordinan
dis mores magis et sapientia appbat. quā ętates. Hos sequeba
tur octauus ordo pontificū. qui et principes uocabant sacer
dotū. Sup om̄s eni sacerdotes t presbiteros unus cstitutus
erat pontifex. ceteris omib, excellentior. et uelut in sum

ma religionis arce locatus. adque ceteri respicerent.
eiusq; iudicium decretumq; seruarent; Sciendū aūt quia
primo unus pontifex iubente dno ē constitutus; Quo de
cedente. filius ei eleazhar sacerdotiū suscepit; Et hoc mortuo.
filius eius finees sacerdotii successor extitit; Sic usq; ad tēpora
dauid unus post unū extitere pontificatus heredes; Dauid
ergo cū cogitasset aedificare templū dno. et diuini officii cultus
uellet augere. conuocata omni filioꝝ aaron ꝓgenie. & illos
scilicet qui de eleazhar. et eos qui de thamar stirpe descen
derant. diuisit eos in partes. xxiiii. ac de singulis singulos ponti
fices elegit; Caeteros uero qui in partib; erant sacerdotii mino
ris. qui nunc presbiteratus dr. officio fungi ꝑcepit; Qui ponti
fices singuli cū sibi subiectis sacerdotib; ꝑ octonos ministrabant
dies. hoc ē a sabbato usq; in sabbatū; Cumq; omīs sacerdotali
gradu essent aequales. unus tam̄ in eis qui dignior uideretur.
speciali reuerentia ꝑminens. summi sacerdotis nom̄ haberet.
Ipse quoq; rex dauid primus delegauit. qui psalmos in templo
dnī modulata uoce cantantes animos populi et sublimitate
qua dicebant. & suauitate uocis qua dicebant oblectarent.
Haec de octo gradib; diximus. qui ueteris legis tēpore obser
uantissime custodiebant. quos in nouo testamento suscepit
aecclesia. tanto melius. quanto et uerius. quia illis omīa
in figura contingebant; Quos quia notissimi sunt. &

quā id singulis conueniat · quā idue eis insua ordinatione tradat
frequentissimo usu sciatur ab omnibus breuit eos cōmemorasse
sufficiat · hostiarii sunt in eccla quib, traditę sunt claues &
cōmissa cura custodiendę ac tenuendę ecclesię · Lectores s
quib, traditus ē codex apicu diuinorū · ut distinctę ad in
tellegendū diuinas lectiones pnuntiando populo placeant ·
Exorcistę quibus data ē potestas eiciendorū demonū · n ad
iurationib, salomonis · sed inuocatione dī omipotentis et p
cibus sanctis · Accoliti qui nunc ceroferarii dicunt · q cereos
deferunt ante diaconē quando legendū ē euanglm n adfu
gandas tenebras pferunt cū sol indie rutilet · s ut signū leti
tię sit · & ut sub tipo corporalis luminis lux illa inmemoria
habeat de qua dicit · Erat lux uera quę inluminat omnē hom
nē uenientē in hunc mundū · Subdiaconi q grece ypodiatoni
dnr · ut ipso nomine claret subdiaconib, cstituti sunt. eisque
officiis subseruiunt quę circa altare agunt · Tempr uero
sacrificii apparent in facie pontificis t presbiteri parati ad
nutū iubentis · pacto sacrificio · misteria corporis & sanguinis
dnī · quę supsederint adiacono colligenda t deportenda susci
piunt · Diaconi · i · ministri ab aptis ordinati leguntur · in
ter quos primus martir stephanus uelut sidus eximiū ruti
lauit · Hi semp presto eē debent episcopo t presbitero sacra
misteria celebranti · Ad ipsos pertinet ut oblata apo

pulis super altare consecranda disponant · et p̄ fectis misteriis calicem
sacro sanguinis dn̄i fidelibus propinent · Presbiteri idest seniores
non tantum aetate quantum moribus et sapientia · hi potestate
habent catechizandi · baptizandi · infirmos benedicti olei
unguine perungendi · His quoq; concessum est · officiū pre
dicandi in aecclesia · Super his sunt ep̄i sicut loco et dignitate ·
sic scitatis et eruditionis singularitate conspicui · quib; solis est
potestas sacrū crisma conficere · eoq; baptizatorū frontes sig
nari · et per manus inpositionē sp̄m sc̄m illis tribuere · habent
potestatē ligandi et soluendi · Per ipsos quoq; publica populi
absolutio in die cenę dn̄i sollemni more peragit(ur) · Sciendum
aut̄ qđ prius ęcclesię temporib; etiā prb̄ri ep̄i uocant(ur) · s; post
modū utili satis p̄uisione constitutum ē · ut hoc nom̄ solis pon
tificib; tribuat(ur) · quorū maioris gradus excellentia crescat ·
et minor ordo mensurę suae limitē recognoscat · sitq; differen
tia in uocabulis sicut precelsior locus honoris · Nunc dicendū
de singulis uestibus quibus sacerdos · t reliqui ordines in ue
teri testamento utebantur · Erant aut̄ octo species uestium sa
cerdotalium · i · tonica linea stricta · Tunica iacinctina · Sup̄ hume
rale · Rationale · Cidaris · Balteum · Lamina aurea in fronte pon
tificis · et feminalia linea · His om̄ibus pontifex tempore sacri
ficii induebatur · Ceteris uero minoris gradus sacerdotibus so
lis quatuor uti licebat · i · tunica linea stricta · Cidari · Balteo ·

et feminalibus· Reliqua uero quattuor · tantum summi pontificis
erant· Nunc de singulis explanamus· Tunica linea erat uestis
interior · quam camisiam dicimus · uel supparum · Haec stricta
dicitur · quoniam adherebat corpori · et ita erat strictis manicis ·
ut nulla ei omnino ruga inesset · sicut solent milites habere
tunicas lineas · sic aptas membris · ut expediti sint dirigen
do iaculo · tenendo clippeo · librando gladio · qualem et
ioab habuisse legitur · strictam ad mensuram corporis
sui · per quam nunc sacerdotes · et clerici albas habent· Tunica
tota iacinctina exterior nullumque alium colorem recipiens
usque ad pedes descendens sicut et linea · Vnde et utraque graece
poderis · id est · talaris uocabatur · habens similitudinem malorum
granatorum aureorum · et tintinnabula aurea· Erat autem si
ne manicis ad colobiorum similitudinem · et ideo unde manus
educerentur aperta erat ; Pro tunica iacinctina nostri pontifices
primo colobiis utebantur· Est autem colobium uestis sine manicis·
Sed quia nudatas brachiorum displicebat · colobia in dalmati
cas commutata sunt· Hae duę uestes · id est · tunica bissina stricta ·
et tunica iacinctina · balteo astrictę erant · quod erat cingu
li genus ex bisso retorta iacincto · purpura ac uermicullo
opere plumarii · in similitudine pellis colubri · Latitudinis
quatuor digitorum· Pro balteo nunc zonarum quas roma
nas appellant usus receptus est· Superhumerale quod hebrai

et ephot dicitur · sic uocatum qđ humeros obnuberet · cuius
contextus de omnibus coloribus erat · magnitudinis cubitalis
id est usq· ad cingulum pertingens · amplectens omnem
locum pectoris et ad manus eiciendas hinc inde apertum ·
cui uestimento locus uacuus in medio pectore dimittebatur
magnitudine palmi ubi inserebatur rationale qđ hebraice
dicitur essim · et grece logion · Habebat aūt sup humerale in
utroq· humero singulos lapides onichinos · et in singulis lapi
dib; erant sculpta sena xii · patriarcharū nomina · Habent
enī nc ministri aecclę sup humerale qđ amictū uocam̄ · q̊ hume
ros amiciunt qdo ad altare ministrant · Rationale qđ hebraice
essim · gr logion dr · opere polimito factū erat iuxta texturā
super humeralis · i · eisdem coloribus · factum erat quadrangulum
habens mensuram palmi in longitudinem et latitudine · Erant
in eo iiii^or ordines lapidum · terni per singulos uersus distributi
sculpti erant singulis xii · patriarcharū nominibus · Erant aūt
catenulę aureę · et uncini aurei · necnon et aurei anuli tamquā
in iiii^or summitatibus rationalis · quam et in summitatib; sup humera
lis quę catenulę inserebant · iungebant q; rationale et super hu
merale superius · inferius uero uittis iacinctinis sibi nectebantur ·
P rationale nunc sūmi pontifices quos archi epōs dicim̄ pallio
utunt · qđ a scā romana sede aptico dante suscipim̄ · Tiara
genus erat uestis pilleolum uidelicet rotundum quasi sphera

media sit diuisa · et ut pars una ponat̄ in capite · ita ut modice uer
ticis medietatē excedat · habens uittas quae conuolutę sepius co
nectuntur ne facile dilabantur · et hoc quidē minorū erat sacdo
tū · Summus autē pontifex preter pilleū habebat coronā auream
triplicemq; sup quā a media fronte surgebat quasi calam quidā
aureus similis herbe quę hebraice acano · gr autē hios quae
apud nos dr latine calidata · Pericircuitū uero habebat flores simi
les flori plantaginis ab occipio usq; ad utrumq; tēpus · In fronte
uero erat locus patens ubi inserebatur lamina aurea quę iiiior litte
ris nomen habebat dī inscriptū · huius em̄odi uestis n̄ habetur
in romana ecclā uel in nr̄is regionib; · Non enim moris est ut pil
leati diuina misteria celebrent · Apud grecos autē habetur qui
pilleos · i · cuphias gestant in capite dum adsistunt altaribus ·
Lamina aurea in fronte pontificis in qua scm̄ dn̄o siue sci dn̄i sculp
tum habebatur · ornamtū erat ceteris sacratius indumentis ·
Scm̄ autē dn̄o qđ ibi sculptū erat · nomen erat scm̄ et uenerabile
dei qđ p iiiior · litteras scribebatur · scilicet · ioth · eh · uau · et h · et
dicebatur ineffabile non qđ dici non possit · s; qr nec diffiniri et
cōprehendi sensu ullius creaturę ut digne deo aliquid dici possit ·
Ligabatur autē uitta iacinctina super tiaram · ut totam ponti
ficalis ornatus pulchritudinem dei uocabulum coronaret ac p
tegeret · neq; hanc ornamenti speciem xpi ab illis accepit ecc
clesia · Octauū · i · nouissimum ornamentū feminalia linea · quib;

operiebant carne̅ turpitudinis sue · a renibus usque ad femi
nalia · siue ut usitatius femoralia cu̅ ad sacrificandu̅ accede
bant · Huiusmodi habitus ita notus e̅ in n̅ris regionib; ut ex-
eo gallia bracata cognominata sit · Co̅prehensu̅ breuit quib;
uestib; ornarent̅ sacerdotes & ministri te̅pli di̅ mosaice legis
te̅porib; · & quasi ad instar illoru̅ reuelata eu̅gl̅ii gr̅a suscepe
rit eccl̅a · Sunt tam̅ alia que apud illos n̅ habent̅ · ut stola · scan
dalia · & sudariu̅ qđ ad detergendu̅ sudore̅ in manu gestari
mos e̅ · qđ usitato no̅ie fanone̅ nominamus · Veru̅ quia om̅a illo
te̅pore figuris & enigmatib; obumbrabant̅ · conuenit ut quid
illa uestim̅ta mistice significauerint · quo ne nunc modo spe
cialit̅ in eccl̅a uenerant̅ · n̅ uerbatim s; capitulatim ostendam̅.
Vestim̅ta illa que in sc̅is officiis portanda erant · typus erat sc̅arx
uirtutu̅ · unde & sc̅a dicebant̅ · Ad hec facienda n̅ tam diuerse
qua̅ speciose species sumebant̅ · Auru̅ uidelicet · qđ e̅ splendor
sapientie diuine · cui iungebat̅ iacynctus qui e̅ color aerius · celeste
uidelicet desideriu̅ · Purpura apponebat̅ que sanguinis imi
tat̅ colore̅ · ut p duo̅ genera martiru̅ nouerint se exercendos electi
i · ut si necesse sit n̅ dubitent mori p xp̅o · & pacis te̅pore in se ip
sis appetitus occidant · mortificantes membra sua cum uitiis
& concupiscentiis · Coccus bistinctus di̅ & proximi dilecti
onem indicat · efficaciter tenendam · Bissus geminam cas
titatem significat corporis scilicet & anime · Unde de

uere uidua dicit apostolus. ut sit scā corpore & spū. His or
namentis xpi debet pontifex refulgere. his coloribus exor
nari. Tunica linea uel bissina stricta. mortificationē car
nis ptendit. Bissinum enī uel lineū multiplici elaboratū
contusione et nature subtilitate deductū ac textum in uestē
proficit. Sic nullus xpo ornari poterit. nisi castigatis &
mortificatis omnibus carnis passionibus. Unde & bene stric
ta dr̄. Strictū enim dicimus castum. econtra lasciuum et
dissolutū laxum uocamus. Tunica tota iacinctina que aerio
colore refulgebat celestē designat cūuersationē. que tota
erat iacinctina. quia sacerdos nihil debet curare terrenū. Nemo
enī ait apls militans dō implicat se negotiis sclarib; ut ei pla
ceat cui se pbauit. Balteus siue cingulū quo tunica hec cū
interiore .i. linea cingebat. continentiā carnis insinuat
que mater ē & custos pudicitie. queq; maxime ornari ponti
ficē condecet. Hanc qui ingratus ē dō perdit. sic iob dicit de
talibus. Balteū regū dissoluit. et pcingit fune renes eorū.
Regū enī .i. scōr sacerdotū. balteū hoc ē pudicā continentiā
dissoluit .i. dissolui pmittit. cū de suis uirtutib; extolli coe
perint. et pcingit fune aspere poenitentie renes eorū. ut
incipiant suis casib; ingemiscere. q aliorū lapsib; debuerant
auxilio subuenire. Sup humerale qd hebraice ephot dicit.
obedientiā mandatorū dī significat. quo induebat sacerdos.

ut meminerit p̄cepta dī strenue quasi onus humeris impositum
debere portare· Quod uero nomina patriarcharū inter sacrificia
in humeris sicut et in pectore portabat· monet̄ p hoc sacerdos. ut
priorū patrū fidem & exempla sequat̄· ut fidelium qui sunt filii
apostolorū in suis orationib; meminerint. & ut ipsi eadem exempla
sequenda pponat; Rationale quod erat in fronte pontificis
designat. quia pastor sapientia & doctrina debet preditus esse·
Nā et ideo ratione iudicii dr̄. quia debet rector eccłę subtili semp
examinatione bona malaq; discernere. & quā id ł quib; quando
uel qualiter conueniat studiose cogitare· Hoc enī qđ dicit̄ pones
in rationale iudicii doctrinā et ueritatē. ut uidelicet habeat
scientiā scripturarū· quo possit alios docere. et contradicentes
arguere· Quadrangulū erat. ppt̄ quatuor euangeliorū doctrinā.
duplex ppt̄ scientiae et operis firmitatē· Mensura palmi qđ
est digitorū extensio· designat discretionē in perseuerantia
bonorū operū· Quatuor ordines lapidū qui erant in rationali
nominibus patriarcharum insculpti· quatuor exprimunt prin
cipales uirtutes. prudentiā· temperantiā· fortitudinē. iustitiā·
Terni nunc quoq; lapides. fidem scāe trinitatis. siue fidē. spem. &
caritatē demonstrant; Quae omīa in pectore pontificis necessa
rio ēē debere huius ornamenti. i. rationalis specie premonetur;
Tyara quae & cidaris et mitra uocatur. ac tegebat & ornabat ca
put pontificis. Ammonet eū omīs sensus capitis deo consecrare


debere . ne uel oculi pateant ad uidendū uanitatē . t ceteri sensus
qui incapite uigent iniquitati consentiant . et pillos intromissa
delectatio incestet animi sanctitatē . Lamina aurea diuine maies
tatis atq; potentie figura ē . que infronte pontificis deportabat .
quia ineffabilis dītatis potentia cunctis que creauit supeminet .
&idcirco quasi cuncta sanctificans eximia sibi sedē infronte . hoc
ē inmitis principalitate constituit . Quatuor litere inlāmine
scripte . iiii. sunt cornua crucis totū mundū cōplectentia . Cruci
enī xpi inomi creatura apex ē cedit . qua etiā fideliū frontes sig
nant . Quod lammina semp infronte pontificis ēē uidebat . osten
dit quia dignitatē quā pcendit in habitu . exercere semp debet
in opere . ut dm placatū semp habere . & subditorū uota dno ido
neus sit semp offerre . Feminalia quib; pudenda loca corporis
tegebant . continentiā aconcubitu designant . que magnopere
omib; gradib; obseruanda pcipit . unde dicit aduelandā turpi
tudinē . Turpe ē enī sacerdotē lasciue etatis nota infamari .
quē conuenit uelut inarce castimonie abomnib; suscipi & uenerari ;
Quod uero feminalia ipsi sibi imponant . caetera moyses . desig
nat unumquemq; se acarnali ccupiscentia refrenare debere .
deinde uirtutib; sibi subditos quasi moysen ministros tēpli
exornare ; Clericos hinc dictos putant . quia mathathias qui
primus abaptis legitur ordinatus . sorte missā subrogatur
Cleros enī grece . Latine sors dr̄ . ac propterea uocati sunt cle

rici· quia desorte dni sunt. et hereditas eius· Est autē generale
uocabulum eorum· qui inquocunque gradu inaecclesia deseruiunt;
Clericorū autē tonsura anazareis fertur sumpsisse exordium·
Cū enī quis uoto se obligasset. ut p ieiunium atque aliarū rerum
obseruantiā se affligeret. abstinebat abomni quod inebriari
& statum mentis auertere posset. eratque semp intemplo. unde
& nazareus. i. scs & dno consecratus uocabatur· Impletis autē
uoti sui diebus. ueniebat adtemplum dni. & offerebat p se
quae inlege precipiebantur. radebatque capillos capitis sui &
barbae. partemque pilorum inflamma altaris cremabat. sicque
uoti liber redibat adpropria; Fertur beatus petrus primus
huiusmodi tonsuram sibi fecisse. adsimilitudinē spineae
corone dni. siue ut clerici alaicis nonsolum differantur
habitu. uerum etiam tonsura· EXPLICIT·

Explicit

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

k


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Centimetres
Inches

